

www.e-rara.ch

Lexicon geographicum

Ferrari, Filippo

Parisiis, 1670

ETH-Bibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-11255>

[E - F.]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Strab. Plin. & al. Achaia excisa, inter Patras ad Boream 15. & Araxum prom. olim Stratos, & Cauconia, à Caucone, teste Strabone, proxima Oleno, ab ea 5. mill. in austrum Populi Dymenses Polybio. Est & Dymæ Ptol. Dime Antonino, oppid. Thraciæ, à Trajanopoli urbe 16. mil. pass. quod nunc jacet. De Dyma Stat. lib. 4. Theb.

Collis: at Ætnæ Cereri negat avia Dyme.

[Dyme, urbs Peloponnesi, nunc Clarenza dicitur, Brietio & aliis testibus, prope ostia Acheloi fluvij, & versus mare Ionium: fuitque antea magni nominis & regionis caput, quæ ab ipsa Ducatus Clarentiæ dicta fuit, le Duché de Clarence Gallis, cum Peloponnesus Principes haberet proprios; gaudetque portu commo- do; nunc autem sub Turcis sensim deficit, & à pau- cis inhabitatur. Castrum habet satis munitum.]

Ptol. Dymethus, Torre, teste Aret. & Pineto, seu Torre dell Oliveto, oppid. olim, nunc pagus Sici- liæ in mediterraneis.

Ptol. Dyos, Guir, teste Marmolio, fluv. Mauritanæ Tingitanæ, per regnum Marochium in Oceanum Atlanticum apud Atlantem montem minorem, inter Salam & Cufam amnes, sese exonerans.

Strab. Herod. Dyra, fluvius Trachiniæ regionis, inter Achaïam & Thessaliam, à Sperchio fluvio 20. stadiis distans, ubi Herculem seipsum vivum accenso rogo concre- masse ferunt.

Ovid. Dyraſpes, fluvius Scythiæ Europææ, in Pon- tum Euxinum labens cum Borysthene. De quo Ovidius lib. 4. de Ponto, eleg. 10.

Cumque Borystheno liquidissimus amne Dyraſpes.

Cæf. Cic. Ptol. & al. Dyrrachium, quod & Epidamnus, Durazzo, & Drazzi Turcis, urbs clarissima Macedoniæ, archiepisc. in ora occidua maris Ionij, inter Brundi- sium urbem Italiæ ad occ. 220. & Theſſalonicam ur- bem Macedoniæ ad ortum, in ora maris Ægæi 280. mill. pass. tanta est Macedoniæ longitudo, ab Hy- drunto 170. à Scodra 50. in austrum, anno mundi 3526. à capta Troja 126. unâ cum Lipara, Epidauro, & Sinope condita. Hinc Dyrrachinus adject. apud Ciceronem in epist. ad Attic. Ejus mem. Luc. lib. 6.

Dyrrachij præceps rapiendas tendit ad arces.

Dyrrachium exilij locum sibi Cicero elegit, ut ad Terentium lib. 14. epist. scribit. [* manuſc. Selde- ni Διπράχιον.]

[Dyrrachium, Gallis Duras, urbs est ampla, & olim pulcherrima Albania maritima, ad ostia fluvij Argentaro in mare Adriaticum. Hinc Principes Dyrrachini dicti Carlovitij, ex sanguine Regum Francia. Portu gaudet capaci. 45. miliaribus distat à Lisso in austrum, 70. ab Aulone in Boream, uti & 150. à Brundusio in ortum, & 220. à Theſſalonica in occasum.]

Procop. Dyslis, Duasso, teste Leonardo Aretino, pagus Picensi, apud Anconam urbem.

Adoni. Dysporum, Dussburg, urbs Germaniæ inferioris, apud Rhenum, inter Vefaliam & Dusseldor- pium urbes. Vide Dispargum.

E.

Ptol. **E** B A, Pitigliano, ut nonnullis cum Blondo vi- detur, oppidum præclarum Hetruriæ Comi- tatus, apud Suanam urbem, inter illam & Castrum ad meridiem 6. mill. pass. plus minus distans.

[Eba aliis est Monte Merano, castrum Thuscia, in agro Senensi, versus Albaniam fluvium, ut ex si- tu colligitur.]

Cedren. Ebdomum, suburbium Byzantij, à septenario numero dictum.

Ant. Ebellanum, Ayerbe, teste Hieronymo Zurita, oppidum clarum Hispaniæ, ad Gallicum fluv. in

Aragonia, à Casaraugusta 13. leuc. in Boream, pro- pius Osca, inde in occasum ad 5. recedens. Al. Biel est oppid. ejusdem tractus, à Casaraugusta tantun- dem ferme distans: quod magis probatur. Abest ab Osca ferè 8. leucis in occ. Ibi ars ferraria exercetur.

[Ebellanum, oppidum Vasconum, nunc est Biel, oppidulum Aragoniæ, ad amnem cognominem, ver- sus montes, & in Diœcesi Pampilonensi. 6. leucis di- stat à Iacca in occasum, 9. ab Osca, & 12. à Casar- augusta in austrum. Dicitur etiam Ebellinum à qui- busdam.]

Ptol. Eblana, Dublin, teste Stanihurstio, urbs Hi- berniæ archiepiscopalis, in ora orientali, Laginiæ regionis caput, & totius inf. academia, inter Mana- piam seu Waterfordiam ad meridiem, & Armaca- nam ad Boream ad 60. mill.

[Eblana, Dublin, urbs est primaria Hiberniæ in Comitatu cognomine, ad ostia fluvij Lifnij, cum portu commo- do & castro permunito; estque emporium celebre. 25. miliaribus distat à Drogheda in au- strum. Ab ea populi vicini dicti fuere Eblanij. Vide Dublinium.]

P. Diae. Ebodia, Aldernay, & aliis Ornay, Camdeno Al- derney & Aurney, insula Oceani Britannici, ante Sequanæ fluminis ostia, à quibus 30. leucis recedit in Boream, Albionem versus. Auriniaca etiam dici- tur. Ibi Charybdis quædam, & aquarum vertigo navigia absorbens.

[Ebodia, Ornay, insula parva maris Britannici, versus oram Normanniæ & tractum Constantiensem. Vix distat 2. leucis à promontorio Hagua in occasum; estque longitudinis duarum leucarum circiter. Dicitur etiam Aldernay à quibusdam, & fretum inter ipsam & proximam Gallie continentem vocatur à nautis le ras de Blanquert. Distat 5. leucis à Sarnia insula in Boream, & 30. ab ostio Sequanæ in occasum; dicitur- que ab aliis Riduna insula.]

Ver. inf. Ebolum, Eboli vel Evoli, opp. amplum Luca- niæ, in Principatu citeriore, ultra Silarum fluv. à Salerno 18. mill. pass. in ortum distans, Campaniam urbem versus, 4. mill. inde distantem. Ortelius ci- tat Ptolemæum, apud quem non reperitur.

[Ebolum aliis est Eburi, Evoli, oppidum aliàs Picentinarum, nunc regni Neapolitani, in provincia Principatus citerioris, Ducatus titulo clarum. 6. mil- liaribus distat ab ora littorali sinus Salernitani in or- tum, & 15. à Salerno etiam in ortum.]

Eboniæ. Vide Ebudæ.

Plin. Ant. Mel. Eboræ, Ebury Ptol. quæ & Liberalitas Iulia à Plinio nominatur, Eboræ vel Evora, urbs Lusita- niæ archiepisc. & academia, in Portugalliæ regno, post Vlyssiponem præcipua, inde 20. leucis à Pace Augusta & Iulia 10. olim episcopalis sub Archiep. Emeritensi, postea sub Archiepiscopo Compostella- no, demum à Paulò III. Pontifice Maximo metro- polis effecta. Hic error occurrit non dissimulandus Theſ. Linguae Latinæ locantis Eboram urbem Lusitaniæ in Latio ex Plinio, cum Plinius loquatur de Latio quoad privilegia, non quoad situm.

[Eboræ, Evora vulgò, urbs est ampla Portugalliæ, provincia inter Tagum & Anam caput, intra colles. Academiam habet ab Henrico Cardinali, postea Rege, institutam. 16. leucis distat à Pace-Augusta in occasum, 20. ab Vlyssipone in ortum, & 8. ab Ana fluvio. Anno 1663. ipsa urbs expugnata à Ioanne Austrio, fortiter recepta fuit à Lusitanis intra pau- cos dies.]

[Eboræ alta, Evora monte, castrum Lusitaniæ, in provincia inter Tagum & Anam fluvios dicta, in colle situm, 5. leucis ab urbe Eboræ in ortum, & 2. ab Extremis. Ibi Hispani grandi clade affecti fuere à Lusitanis anno 1663.]

Prot. Eborā, Eburā Straboni, Rotta Mol. & aliis, opp. Hispaniæ Bæticæ, in Turdulis, apud oram, inter ostia Bætis & Menesthei portum, Xeræ urbi finitima. De Eborā urbe Poëta quidam Lusitanus:

*Quid tibi felices Eboræ, Rex maxime, cives,
Et validas memorem gentes?*

[Eborā, seu Eburā, oppidum Hispaniæ Bæticæ, ad ostia Bætis fluvij. Nunc est S. Lucar de Barameda, Luciferi Fanum, oppidum celebre Hispaniæ, in Vandalitria, cum portu capaci. 3. leucis distat à Xera in occasum, 6. à Gadibus in Boream, & 15. ab Hispali in Africum.]

Anton. Eboracum, Eburacum Ptol. & Eboracum, York, & Caer-frock, vel Caer-Effroc, ut Camdenus, Britannicè, urbs archiepiscopalis Albionis, caput Brigantium, media ferme inter Londinum regiam Angliæ ad meridiem, & Edimburgum regiam Scotiæ ad Boream, 150. mill. Anglicis distans. Ab Honorio Pontifice Maximo metropolis creata, illi Dunelmo, Carleolo, Cestriaque subjectis.

[Eboracum urbs est ampla Angliæ septentrionalis, provincia Eboracensis caput, & totius regni secunda, ad Vrum amnem, Ouse, ubi fuit aliàs Legio sexta Victrix. Ducatus titulo gaudet. Hinc Eboracenses Duces è domo Regia, in historiis celebres. Distat 120. milliaribus Anglicis à Londino, & paulò minùs ab Edimburgo, 27. ab ora littorali Oceani Germanici, 35. à Lincolnia in Boream, & 40. à Dunelmo in austrum, teste Ioanne Speedo.]

[Eboracensis Comitatus, Yorkshire, provincia Angliæ septentrionalis, inter mare Germanicum ad ortum, Lancastriam provinciam ad occasum, Dabiam & Lincolnensem provincias ad meridiem, & Diocesim Dunelmensem ad Boream. Dividitur in tres partes, nempe in Occidentalem, seu Westriding, in Orientalem, seu Eastriding, & in Septentrionalem, seu Northriding; ibique fuerunt aliàs Brigantes populi pro majori parte, & Parisij, teste Camdeno.]

Auf. Ebores, populi Galliæ Celticæ. Vide Ebuovices.

Prot. Eborodunum, Ebredunum Ant. & Ebuodunum, Ebrodunum lib. Concilior. Embrun vel Ambrun, urbs Galliæ Narbonensis archiep. in Delphinatu, in finibus Caturigum, ferè media inter Brigantium & Vapingum, 7. leucis circiter distans, à Gratianopoli 23. à Vienna & Lugduno 37. Populi Ebroduntij Plinio.

[Eborodunum, seu, & meliùs, Ebrodunum, Ambrun, urbs est Delphinatus juxta Druentiam fluvium, versùs montes & confinia Provinciae. 34. leucis distat à Vienna in Eurum, & 8. à limite Pedemontij in occasum; estque probè munita, in colle.]

Anton. Ebrodunum alterum, Tverdon, oppidum clarum Helvetiorum, in finibus Bernensium ad lacum Neoburgensem, in Equestrium & Sequanorum confinio, sub Friburgo urbe, à qua 3. leucis in occasum, à Lausonio ferè 4. in Boream versùs Montem Belliardum.

[Ebrodunum, Yverdon, urbs fuit Verbigeni pagus, aliàs ampla, nunc oppidum satis tenue Bernensium pagi, ad lacum Novicastro, ubi recipit Orbam fluvium. 3. leucis distat à confinio Comitatus Burgundiae in ortum.]

[Ebrodunum, & Ebuodunum, seu Robodunum, urbs est celebris & munita Germaniæ, in Moravia provincia, Brin dicta, ad fluvium Suartzæ, Cluverio teste. Vide Robodunum.]

Lib. Ebroicæ, & Ebroici, Eburaiici, & Ebuovices *Prov.* Cæsari & Plin. populi Galliæ Celticæ, quorum urbs Ebreux, episc. sub Archiep. Rothomagensi, inde supra 8. leucis in austrum Parisios versùs, ad Anduram fluvium, in Normannia.

[Ebroicæ, seu Eburaiici, & Ebroici, & Aulerici Ebuovices, populi Galliæ Lugdunensis, nunc Normannia: quorum urbs Mediolanum Ebuovicum, nunc Ebreux, urbs episcopalis, ad Itonium fluvium, qui paulò infrà cadit in Eburam. Vide Ebuovices.]

Ebromagum, Hebromagum, & Hebromanum *Paulin.* Aufon. Brau, pagus Aquitaniæ. Aliis Bourg oppidum. Crediderim Ebromagum esse Bourg, opp. inter Burdigalam & Blaviam, Hebromanum verò Aufonio esse Brau sive Bran, pagus apud Liburnam opp. inde 3. leucis, à Burdigala 6. distans. Vide Hebromagum.

[Ebromagum quid sit, non constat. Bourg enim est Noviomagus antiquorum, & Brane est pagus Aquitania, ad Garunnam fluvium, una leuca supra Liburniam, & 6. à Burdegala in ortum, in Vazatenfi tractu.]

Ebron. Vide Hebron, & Eleutheropolis, urbs episcopalis Palæstinæ, in Iudæa, sub Patriarcha Hierosolymitano, inde 20. mill. pass. excisa. In Thesaurō Linguae Latinae pro urbe mons ponitur.

[Ebron, seu, & meliùs, Hebron, urbs est Palæstina, 20. milliaribus ab Hierosolymis in austrum; sed non eadem est cum Eleutheropoli, teste Philippo de Via & aliis. Vide Hebron.]

Ebrus, fluvius Thessaliæ, apud Larissam urbem *Theoph.* decurrens.

Ebudæ, Ebudæ Steph. Hebudes Plin. Hebrides, & Eboniæ aliis, insulæ quinque Scotiæ ad occasum adjacentes: quarum duæ Ebudæ propriè nominantur, una Eust, & altera Levis, teste Mercatore, 3. Ricina, & Richnea Plinio, Argitti, teste Nigro, cui 4. Lendrosia Latino recenti, & 5. Leeder (Sed, ut mihi videtur, Lendrosia est quæ vulgò Leeder appellatur) 4. apud Ptolemæum Maleos, nunc Mula, 5. Epidium, vulgò Yla, sive Ila. Sunt qui Ebudam insul. Hiberniæ dicant, & Selungiam vocent. [Camdeno Ricina Racline, Epidium Ila, Maleos Mula, Ebuda orientalis Skye, occidentalis Leves.]

[Ebuda, seu Ebudes insula, quæ quibusdam Hebrides, versùs occasum Scotia, nunc Inch Galles, seu Westernes dicta, id est, occidua. Quadraginta quatuor vulgus numerat, ex quibus decem tantum precipuæ, reliquæ aut parvi momenti, aut veriùs scopuli, ut liquet ex descriptione Thimothei Pont. suntque Ricina, Raglins, versùs Hiberniam, Epidium, Yle, Iona, Iura, Maleos, Mul, Ebuda orientalis, Skye, Ebuda occidentalis, Lewis, deinde Eust, Turif, Col, Colonsa, & alia aliquot minoris momenti, quas aliàs à Norvegis coemerunt Scoti, quibus etiamnum subsunt.]

Ebura, Libora Ptol. Elbora libro Concilior. *Tal. Liv.* lavera, urbs olim episc. Hispaniæ Tarraconensis, sub Gothis, ad Tagum fluv. in Castella nova, à Toletō 12. leucis in occasum Vlyssiponem versùs, teste Mariana. Malè in Thesaurō Linguae Latinae scriptum est, quod hodie Eborā dicitur.

[Ebura, quæ & Libora, oppidum Carpetanorum aliàs, nunc Tala vera la Reyna dicitur, ad Tagum, ubi recipit fluvium Alberche. Distat 6. leucis ab Escalona in austrum, & 12. à Placentia. Vide Libora.]

[Ebura, Ebre, fluvius Galliæ. Oritur in Perticensi provincia, è sylva Logniaca; deinde per Belisiam labens, Autricum Carnutum rigat, Novigentum regium, Ivraum, uti & Paciacum & Loverias; & postea in Sequanam se exonerat supra pontem Arcuensem.]

Eburiaci, sive Aulerici Eburaiici, populi & urbs *Prot.* Galliæ Celticæ, Ebreux, in Normannia, à Rothomago & Lexoviis 8. leucis. Vide Ebroicæ.

[Eburaiici, seu Aulerici Ebuovices, populi Galliæ Lugdunensis, quorum urbs Mediolanum Ebu-

vicum, nunc Evreux, in Normannia provincia. Vide Eburovices & Ebroica.]

Plin. Eburobritium, Evora de Alcobaça, teste Varre-
rio, & Vasconcello, opp. Hispaniæ Lusitanicæ, in
regno Portugallico, apud Colliponem, seu Leyriam
urbem, Vlyssiponem versùs.

[Eburobritum aliis est Alcobaça, vicus nunc cum
percelebri cœnobio Ordinis S. Benedicti, à Regibus
Portugallia excitato in memoriam insignis victoria,
quam Ioannes primus de Castellanis retulit ad Ad-
jubarotam vicum, in viciniis. Vix 4. leucis distat à
Leyria.]

[Ebrodunum, Yverdun, oppidum Helvetiorum,
ad lacum Novoburgiensem, 7. mil. pass. ab Vrba di-
stans. Vide Ebrodunum.]

Casav. Strab. Eburones, populi Belgij, Trevirorum clientes
olim, qui nunc Leodienses sunt, quorum urbs ho-
die Leodium, seu Legia, Liege, & Germ. Luyck
five Lutich, ad Mosam, inter Colon, Agrippinam,
& Bruxellas ad occasum 16. leucis sita.

[Eburones populi fuere Germania inferioris jux-
ta Mosam fluvium, inter Vbios & Menapios; dicti-
que fuere postea Tungri. Vide ibi.]

Dio. Eburonia, Bury, five Beury, urbs olim ex veteri
inscriptione, Augusta etiam Eburonum dicta, cui
Leodium (quæ nova Augusta Eburonum dici potest)
successit, nunc pagus ad Vtrim fluviolum, à Leo-
dio vix milliatio in austrum distans.

[Eburonia urbs fuit Germania inferioris, teste
Abrahamo Ortelio; Cluverius tamen libro 2. capite
15. putat Eburoniam non fuisse locum particularem,
sed universam Eburonum regionem.]

Cas. Eburovices, populi & urbs Galliæ Celticæ, quo-
rum urbs Evreux, (vide Ebroicæ) & oppida, Ver-
non, l'Aigle, Passy, Jugler, Tilliers, Conches,
Breteuil, Rugles, Beaumont le Roger, & Verneuil.
In Thesaurio Linguae Latinae Eburonices pro Eburo-
vices, fortè errore Typographi, legitur.

[Eburovices, seu Aulerici Eburovices, populi fue-
re Galliæ, ubi nunc le Diocese d'Evreux, in Nor-
mannia; habebantque ad Boream Velocasses, ad oc-
casum Lexovios, ad austrum Aulericos Diablintes, &
ad orientem Carnutes. Eorum caput Mediolanum Ebu-
rovicum, nunc Evreux dicitur.]

Ptol. Eburum, Olmutz, teste Pyramio cum Appiano,
& Olmutz, urbs Germaniæ episc. olim sub Ar-
chiep. Maguntino, nunc sub Pragensi, unde 28. leu-
cis abest in ortum, urbs Moraviæ primaria, à Vien-
na 16. in Circium. Aliis est Brin, urbs ejusdem re-
gionis, post Olmucium præcipua, inter illam &
Snoimam ad meridiem 5. leucis, ex aliqua nominis
allusione. Sed potiùs est Barovva, oppid. Bohemiæ,
teste Lazio, Olmutz autem Olomucium, & Olo-
muncium Latino rec. nominatur. Vnde Thesaurus
Linguae Latinae hinc cum aliis corrigendus est.

[Eburum, urbs Quadrorum, in Germania, nunc
Olmütz dicitur; estque Moraviæ primaria, ad Mo-
ravum fluvium, permunita, & antea à Suecis expu-
gnata. 6. leucis distat à Bruna versùs austrum, 20. à
Vienna in Boream, & totidem à confinio Polonia.]

Strab. Plin. Liv. & al. Ebusus, Ebusus, five Ebyssus Ptolemæo, Ebosia
Statio, olim Pityusa, Yuiza, vel Yuica, insula mar-
is Balearici, oræ Hispaniæ Tarraconensis ad ortum
adjacens, cum oppido ejusdem nominis, inter Car-
thaginem novam & Baleares ad 50. mill. pass. à
Dianio promontorio 57. licet Strabo eam à Baleari-
bus & à Dianio 700. stadiis distare scribat, circuitu
42. Hinc multus falis proventus, & ficus optima, nec
ullum animal noxium reperitur. opp. antiquum val-
de, à Maharbale Carthaginensi, teste Beuthero,
conditum. Meminit Ebusi Silius lib. 3.
Iamq; Ebusus Phœnissa movet, movet Artabrus arma.

In Thes. Linguae Latinae pro Yuiza, Biza malè
legitur.

[Ebusus insula est Hispania, & una ex duabus
Pityusis, in mari Mediterraneo, versùs oram regni
Valentia & Dianium promontorium, à quo 10. leucis
Hispanicis distat in ortum, Majoricam versùs, à qua
etiam pari spatio distat in occasum. Dicitur ab His-
panis Yvica, à Gallis Evisse, & ab Italis Evissa. Ca-
strum habet etiam Yvica dictum, in parte australi in-
sula, cum aliquot villis, sub dominio Regis Hispa-
niae.]

Eca, Ecana Alphano, Troia, urbs Apuliæ Dau-
niae, episcopalis sub Archiep. Beneventano, inde
36. mill. pass. in Boream, Sipontum versùs 30. in-
ter Luceriam ad occ. & Asculum in ortum 18. Hinc
Ortelius Ecanam cum Æquana, quæ in Picentibus
est, longè hinc distans, confundit.

[Eca, seu Ecana, quibusdam est Troja, urbs
provinciae Capitanate, ad Chilonium fluvium, ad
radices Apennini. 25. milliariibus distat à Benevento
in ortum, 8. à Luceria in austrum, & 18. ab Asculo
in Circium.]

* Ecbatana, Tauris And. Masio, Nigro, Castal-
do, & aliis, Achatana Esbahan incolis, urbs ar-
chiepisc. Mediæ, regia hac tempestate Persarum,
quam illi à Turcis occupatam superioribus annis re-
cuperarunt, inter Byzantium ad occasum, ferè 1400.
& Alexandriam Ariæ in ortum 720. mill. pass. à
Sufis 450. in Boream, à Seleucia magna 750. teste
Plinio, licet non plura interfint quàm à Sufis, imò
pauciora intercedere videntur. [* Axátava in ma-
nufcr. Seldeni.]

[Ecbatana quibusdam est Casbin, urbs ampla in
provincia Ayrach dicta, & antea Persia regia post
captum à Turcis Taurisum, à quo distat 250. millia-
riibus ortum versùs, uti & à mari Caspio in austrum,
320. à Sufis, & 450. à Seleucia magna in Caciæm.
Sed multum deficit à paucis annis.]

Ecdippa, Scandalio, vel Sandalio Masio & Ni-
gro, Castel Lamberto Postello, (quod Masio est
Castrum Peregrinorum) oppidum Palæstinae, seu
Phœnicis, in ora, inter Tyrum & Ptolemaidem.

[Ecdippa, seu Ecdippos, Ahasib, & Acziba, op-
pidum Tribus Azer, vix 10. milliariibus à Ptolemai-
de in Boream; nuncque Castel Lamberto dicitur.]

Ecelesta, vel Etelesta, ut habet codex Græcus, Ptol.
Medina Celi, teste Clusio ex veteri inscriptione,
opp. Hispaniæ Tarraconensis, in Castella nova, apud
veteris & Aragoniæ confinia, ducali honore insigne,
inter Bilbilim 12. & Secontiam 4. leucis, in via quæ
à Cæsaraugusta Toletum & Madritum ducit, oc-
currens, Eelaste (ut videtur) Plinio.

[Ecelesta, oppidum Celtiberorum, nunc Medina celi,
oppidum Castella veteris, versùs fontes Salonis fluvij,
& 4. leucis à confinio regni Aragoniæ, uti & Castella
nova, ad radices montium. Ab aliis Etelesta dicitur,
sed forsàn malè. Etelesta enim fuit oppidum Carpe-
tanorum, ut quibusdam placet.]

Echedorus, Chidorus Herodoto, Calico Sophia-
no, Granea Nigro, & Verata ser Castaldo, nec mi-
rum, cum idem locus plura habeat nomina, fluvius
Macedoniæ, in sinum Thermaicum apud Thessalo-
nicam urbem influens, qui, teste Herodoto, ab
exercitu Xerxis cum aliis annibus exsiccatus est, ut
ad bibendum non suffecerint.

Echetta, Ecetra Livio, urbs Latij, olim caput
Volsorum: cujus hodie ne locus quidem indicari
valet.

Echinades, le Curzolari, vel Cozzulari Sophia-
no & aliis, insula quinque maris Ionij parvæ, ante
os sinus Corinthiaci, inter ostia Acheloi fluvij Aca-
roniæ, & Araxum promont. Peloponnesi, à Ce-

Anton.

Plin. Strab. Ptol. & al.

Ptol.

Ptol.

Ptol.

Hali- carn.

Strab. Plin. & al.

phalena 12. mil. pass. in ortum distantes, apud quas Turca à Christianis victi ingenti clade classe amissa affecti sunt, Pio V. Pontifice Max. Harum una Dulichium, alia Same nominatur. Echidna à Seneca, Echina à Stephano appellantur. Quanquam Echidna apud Ovidium diversae ab Echinadibus videntur. De quibus lib. 8. Metamorph.

In totidem mediis, quot cernis Echinadas undis.
In Thes. Linguae Latinae contra sinum Ambracium statuuntur: cum potius contra sinum Corinthiacum sint, ab Ambracio procul.

Polyb.
Plin.
& al.

Echinus, urbs Phthiotidis maritima, in Thessaliae & Achaiae confinio, olim episc. sub Archiepiscopo Atheniensi, ad sinum Pagasaeum, inter Larissam ad Boream, & Sperchiam ad meridiem, quae Sophiano Scarfia nominatur; sed Scarphia, teste Ptol. in Achaia ad ostium Boagrii fluvij nomen suum adhuc retinet. Hinc Echionius quidam nomen generis derivant, sed malè. Est & Echinus oppidum Epiri, in finibus Acarnanum, quod *Tolgus* à Pineto dici putatur; de quo Polyb. Livius, & alij.

Echionij dicuntur Thebani, ab Echione Cadmi socio. Ovid. lib. 5. de trist. elegia 3.

Victor Echionias si vir penetrasset in arces.

Ant.

Eclanum, Aeculanum Appiano Alexandrino, *Laconiano*, teste Leandro, opp. Hirpinorum, in Principatu ulteriori regni Neapolitani, ab Equotutico 25. mill. pass. ex Itinerario Antonini distans. Vide Aeculanum.

[*Eclanum, seu, & melius, Aeculanum, nunc est Fricento, urbs episcopalis sub Archiepiscopo Beneventano, non procul à Tripalto fluvio, 15. milliariibus à Benevento in ortum, & 12. à Compfa in Boream.*]

Plutarco
Diod.

Ecnomus, *Poggio Muciaco* Thomae Fazello, propugnaculum in ora Siciliae ad austrum, apud Gelam urbem, ubi & Phalarium alterum propugnaculum.

[*Ecnomus, mons Siciliae, in ora maris Africi, ad ostia fluvij Himera, ad quem Dadalium Phalaridis castellum, ubi bos aeneus servabatur. Hodie Monte d' Alicata dicitur, in valle Neatina & limite vallis Mazara, teste Fazello; estque medius inter Gelam ad ortum, & Agrigentum ad occasum, 15. milliariibus ab utraque.*]

Ptol.

Ectodurum, *Ethhal*, teste Lazio, opp. Rhætiae, inter Campodunum, & Curiam ad meridiem, in Suevia, à Campoduno 3. leucis, à Curia 7.

[*Ectodurum, Sansone teste, est Leutkirch, urbs Imperialis & libera Germania, in Suevia, ad amnem Eschach, qui paulò infra cadit in Ilarum fluvium. 3. leucis distat à Memminga in austrum, & 6. à lacu Brigantino in ortum.*]

Edelberga apud literatos & Poetas, Germanis *Heydelberg*, urbs Palatinatus caput. Vide Budoris.

[*Edelberga, Heidelberg scribitur ab aliis, & melius. Vide ibi.*]

Mes.
Mardc.
nus.

Eden, insula Tigridis fluvij, infra Seleuciam magnam Mesopotamiae urbem, 12. mill. pass. distans, circuitu 10. *Gezerta*, teste Masio, dicta.

[*Edenburgum, Edembourg, regni Scotiae urbs regia, itémque Senatus sedes. Vide Alata castra.*]

Plin.
Ptol.
& al.

* Edeffa, Edefa Strab. olim Antiochia Osrhoenorum, & Callirrhoe à fonte dicta, teste Procopio, & postea Iustinopolis, urbs archiepisc. Syriae, ad lævam Euphratis ripam, (ex quo etiam Mesopotamiae tribuitur) *Rhoas* & *Rhoasse*, ac etiam *Rhoa Nigro*, *Orfa* Petro Gyllio & plerisque aliis dicta, (variè enim nominatur) proxima Samosatis, à quibus 12. mill. pass. recedit, à Zeugmate 45. in meridiem, à Hierapoli 42. in ortum, antiquissima, à Nembroth, teste D. Isidoro lib. 15. etymol. condita. De qua Ve-

nantius Fortunatus lib. 8.

*Leta suis votis Hierapolis alma Philippum,
Producens Thomam munus Edeffa pium.*

[* man. Seldeni habet *Aldeffa*.]

[*Edeffa, urbs ampla Mesopotamiae, ad fluvium Chaboram, nunc Orfa, seu & Rohai, & Orrhoai Arab. media est inter Aleppum ad occasum, & Amidam ad ortum, longè ab Euphrate fluvio in ortum, 40. milliariibus distat à Samosatha in ortum, mi & 45. ab Hierapoli. Urbs est etiamnum ampla & elegantis, & ex precipuis Diarbechia, sub dominio Turcarum.*]

[*Edetani, populi Hispaniae Tarraconensis, circa sinum Sucronensem, ubi nunc pars septentrionalis regni Valentia.*]

Edom, Idumaea Plinio, Ptol. & aliis, regio Palaestinae ad meridiem, inter Iudaeam & Aegyptum, finis terrae Chanaan, quae incolis *Daron*, teste Guil. Tyrio, dicitur.

Edonus, mons Thraciae. Edon Virg. 12. Aen. *Ac velut Edoni Borea cum spiritus alto Insonat Aegeo.*

Edron, *Porto Sabione*, teste Nigro, portus Venetiae, apud Fossam Claudiam urbem, non apud Padum fluvium, ut malè in Thes. Linguae Latinae legitur.

Edros, insula Hiberniae, (vide Hedros) *Berdesey* Camdeno, inter Angliam & Hiberniam.

[*Edros, seu Edri, nunc Bardefey dicitur, id est, avium insula. Angliae adjacet, in ora littorali Valliae Borealis & Arvoniae Comitatus, vix 3. milliariibus Anglicis à Ganganoro promontorio, & 40. ab ora Hiberniae in ortum. Est parvi circuitus.*]

Edulius mons, *Moncayo*, teste Hieronymo Girava, mons Hispaniae Tarraconensis, in Celtiberis, ac in Aragoniae & Castellae veteris confinio, apud Montem Acutum oppidum.

[*Edulius mons ab aliis Medulius dicitur. Durio fluvio imminet, & Manduria ab accolis dicitur, teste Garibaido. Longè autem distat à Moncayo, qui Latine Caunus mons dicitur. Sunt tamen qui credant Edulium montem esse Montserrat, in Catalonia, prope Rubricatum fluvium.*]

Edus, *Sadodela*, teste Augustino Iustiniano, fluvius Liguriae, in finibus Genuensium, in Portiferam fluv. influens apud Pontemdecimum.

Efflui, *Liiflanders*, populi Sarmatiae Europae, ad sinum Venedicum; quos Latino recenti Livones appellamus, & quorum regio Livonia dicitur, teste Willichio.

[*Ega, Ega, fluvius Hispaniae. Oritur in Alava provincia, deinde per Navarram labitur, ubi Estellam rigat, & in Iberum fluvium se exonerat è regione Calagurris.*]

[*Egabro, vel Agabro, Cabra, oppidum est Hispaniae, alias urbs episcopalis sub Hispalensi Archiepiscopo.*]

Egara, *Terrassa*, urbs olim episc. Hispaniae Tarraconensis sub Archiep. Tarraconensi, nunc opp. Catalauniae, inter Barcinonem & Minorissam, à Barcinone 4. leucis, cujus urbis exstant aliquot vestigia, & S. Petro de Terrassa locus nominatur: ejusque episcopatus Barcinonensi copulatus est.

[*Egara urbs fuit alias Laletanorum, nunc oppidulum Cataloniae, Terrassa dictum, versus montes. Distat 6. leucis à Barcinone in Boream, & totidem à Minorissa in Eurum, 3. autem à Rubricato fluvio in ortum. De ea fusè tractavit Stephanus Baluzius in Dissertatione ad Labbeum.*]

Egates, insula maris Libyci, ante portum Carthagenens. quae & Egatis, & Egates, sive Agathes, variè enim scribitur, *Gotham* vulgò. Vide Agathes,

Bibl.

Plin.

Plin.

Ptol.

Ptol.

Vet. inf.

Tac.

Lib.

Cont.

Sil.

Plin.

De qua Sil. lib. 2.

Egaris, Libyaque procul fluitantia membra.
Hæc sal cæditur globis tranfluentibus, teste Plinio libro 31. cap. 7.

Strab. Egelaste, *Ynieſta* Cluſio & Gomeſio, oppid. Hiſpaniæ Tarraconenſis, in nova Caſtella, inter Concham urbem & Moyam opp. 8. leucis. Quod aliis videtur idem cum Eteleſta Ptolemæo.

Virgil. Egelidus, *Freddano*, teste Leandro cum Annio, fluvius Thuſciæ: de quo Virg. lib. 8. *Æn.*

Vt procul egelido ſecretum flumine vidit.
Sed errant, nam Egelido haud nomen proprium eſt amnis, ſed è præpoſitio eſt, & gelido adjectivum nomen.

Virgil. Egeria, Egeriæ Livio, lucus erat & fons prope Romam, extra portam Capenam, in via verſus Ariciam, ubi Camænæ, qui hodie non extat. Scribitur etiam cum diphthongo *Ægeria*. Virg. lib. 7. *Æn.*

Eductum Egeriæ lucis Hymettia circum.
Sic ab Egeria nympħa, de qua Ovid. lib. 15. *Metam.*

Thucyd. Egeſta, *Ægeſta* Straboni, ab Egeſto Trojano condita, *Aceſta* Virgilio, *Segeſta* Ciceroni, Plinio, Ptolemæo, & aliis, urbs Siciliæ exciſa, ad locum ſeu pagum, qui nunc *Barbara* nominatur, teste Faz. in ora occidentali, inter Drepanum 35. & Panormum 42. mill. paſſ. ab Elyma utbe etiam exciſa 12. mill. in meridiem. Non longè in littore Egeſtanum, ſeu Segeſtanum emporium, nunc *Caſtel à mar*, teste Aret. cum Fazello.

Cic. Eggyna urbs fuit Siciliæ: cujus meminit Cicero in oratione in Verrem. Fortè Engyna ab Engyon dicta; de quo vide ſuo loco.

Regin. Egidona, *Eyder* ex tabulis Geographicis, fluv. Cimbricæ Cherſoneſi, Hoſſatiam à Iulia & Slevicensi Ducatu ſeparans. [*Vide Eidera.*]

Plin. Egilium, *il Giglio*, inſula maris Tyrheni, apud Colanum littus, ab Argentario monte 12. mill. paſſ. recedens, quot à Dianio inſula, quæ & *Ægilium*, & *Igilium*, & *Iginium* nominatur, penè ob piratas deferta. Vide *Igilium*.

[*Egilium, ſeu Ægilium, inſula eſt parva maris Tyrheni, aliàs ſub dominio Senenſium, nunc autem ſub eſt magno Duci Hetruria, vulgò il Giglio, ſeu Iſola del Giglio. Caſtrum habet cognomine ſatis munitum contra piratas, cum oppidulo. Vix 10. milliaribus diſtat à monte Argentario & ab ora Hetruria. Tota eſt montuoſa, & circiter complectitur 18. milliaria; pendetque in ſpiritualibus ab Abbate Trium Fontium, prope & extra mures Roma. A Gallis autem iſſe du Lys dicitur.*]

Ven. Egircius, ſive Egirtius, ut alibi legitur, Egirſius & Egirſius Sidonio Apollinari, *Gers*, & *l'Egers*, fluvius Aquitaniæ, in Garumnâ fluv. paulò ſupra Agennum urbem influens, inter illam & Burdigalenſem agrum. De quo Fortun. lib. 1.

Lubricat hic quoniam tenuato, Egircius haſtu.

[*Egirſius, ſeu & Gerſius, le Gers, fluvius Gallie, in Aquitania. Fontes habet in ſuperiori Arminiaco tractu; deinde Auſcios rigat & Lactorium, & paulò infra in Garumnâ labitur è regione Agenni.*]

Lib. Egita, *Guimaranes*, teste Ioanne Mariana, urbs olim Luſitaniæ, nunc opp. regni Portugalli, inter Bracaram & Lamacum, à Bracara 3. leucis, Damafi Papæ patriâ, quem alij Tarracone natum tradunt. Scribitur & *Ægita*, quam alij eandem cum *Igædita* faciunt.

Plin. Egnatia, Ignatia Strab. *Gnazzi* hodie, & *Nazzi*, urbs olim episcopalis Apuliæ Peucetiæ, in ora, exſtinctâ, apud Monopolim urbem, quæ illi ſucceſſit, media ferè inter Barium ad occaſum, & Brundisium ad ortum, ad 35. mill. paſſ. Falluntur qui Egnatiam hodie *Invenatium* dici ſcribunt, veluti auctor

Theſauri Linguae Latinæ, cum Olivario, cum hæc urbes maximè inter ſe diſtent lib. Prov.

[*Egnatia, ſeu Gnatia, urbs Apuliæ Peucetiæ, in ora maris Hadriatici, nunc vicus tantum regni Neapolitani, in provincia Bariana, Torre d' Anaffo vulgò. 5. milliaribus à Monopoli in ortum, & 30. à Brundusio in Circium diſtat.*]

Egolifma, Engolifma Gregorio Turonenſi, Inculifma, ſeu Inculifma, ut alij legunt, apud Aufonium, *Angoulefme*, urbs Gallie Aquit. episc. ſub Archiepiſc. Burdigalenſi, inter Burdigalam & Piſtavos ad Boream 22. leucis, ac inter Santonas & Lemovicos ad ortum 11.

[*Egolifma, ſeu, & melius, Engolifma, caput eſt regionis adjacentis, qua vulgò dicitur Engolifmenſis tractus, l' Angoumois. Sedet juxta Carentonium fluvium, eſtque Ducatus titulo inſignita. 14. leucis diſtat à Mediolano Santonum in ortum, & 22. à Lemovico in occaſum. Vide Engolifma & Inculifma.*]

Egonum Vicus, *Vicovenza*, pagus agri Ferrariensis, inde 16. mill. paſſ.

Egorigium Legio XII. vicus Germaniæ inferioris erat inter Col. Agrippinam & Treviros.

[*Egorigium nunc eſt vicus Rut, ad Gelbim fluvium, in ditone Trevirenſi, verſus conſinia Ducatus Iuliacenſis, teste Cluverio, 8. leucis à Treviris in Boream, & totidem à Colonia Agrippina in auſtrum.*]

Egoſa, opp. olim Hiſpaniæ citerioris, in Catalaunia, nunc pagus *Gaudena*, teste Mol.

[*Egoſa, oppidum Caſtellanorum aliàs, nunc eſt Caſtel follit, oppidulum munitum Cataloniæ, in colle, juxta Fluvianum amnem. 6. leucis Hiſpanicis diſtat à Vico in Boream, & paulò ampliùs à Gerunda in Circium.*]

[*Egra, ſeu Oegra, Heb Bohemis, Egra Germanis, urbs permunita Germaniæ, in Bohemiæ regno, juxta conſinia Franconiæ, ad Egram amnem, pluries expugnata bello Germanico; & in ejus arce occiſus fuit Valſteinus Fridlandia Dux. 20. leucis diſtat à Praga in occaſum, & 12. à Pilſena.*]

Egurri, Egovarrî Plin. populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, Aſturibus finitimi, quorum oppidum Forum Egurrorum, *Medina de Rio ſecco*, teste Vaſæo. Vide Forum.

[*Egurri, ſeu Forum Egurrorum, aliis eſt Montefurado, oppidum Gallaciæ, ad Burniam fluvium, longè à Methimna ſicca in occaſum.*]

Eguſa, (vide *Æguſa*) inſula maris Africi, inter Siciliam & Africam.

[*Eidera, Eyder, fluvius Dania, qui à Reginone Epidora dicitur. Oritur ſupra Renſburgum, & Hoſſatiam Diſhmarsiamque dividit à Slevicensi Ducatu; deinde infra Tonningam in mare Germanicum ſe exonerat. Hinc regiuncula adjacens inter Tonningam & Huiſemum Eiderſtede dicitur, ſub dominio Ducis Slevicensis.*]

Eion, urbs & empor. Thraciæ ſive Macedoniæ, in conſinio, ad oſtia Strymonis fluvij, poſtea *Rendina* à Græcis recent. dicta, episc. aliàs, nunc metropolis, ab Amphipoli urbe 25. ſtadiis in auſtrum diſtans. Ex qua urbe Strymon fluvius Eionæus apud Plutarchum denominatur.

Eione, Eion Stephano, *Punta di Matruga*, & *Pineto Capo di Croce*, promontorium Sarmatiæ Aſianiæ, apud Corocondamen oppidum, ad Boſporum Cimmerium.

[*Eiſchfeldia, Eiſchvelt, tractus Germaniæ, in Thuringia, ſub dominio Electoris Moguntini, juxta Ducatum Brunſvicenſem. Ibi oppidum præcipuum Duderſtadium.*]

[*Eiſenacum, ſeu Iſenacum, Eiſenach, oppidum Germaniæ,*

Lib.
Prov.

Polyb.

Ant.

Ptol.

Ptol.

Polyb.

Thucyd.
Herod.
& Demosth.

Plin.

Germania, in Thuringia provincia, ad Nessam am-
nem, Ducatus titulo insignitum, sub dominio Du-
cum Saxonie Veimariensium, cum arce, 4. leucis à
Mulhusia in austrum, & 7. ab Erphordia in occa-
sum. Regiunculam adjacentem habet subiectam.]

[Eisleba, Eisleben, urbs est parva Germanis, in
Saxonia superiori & in Comitatu Mansfeldiensi,
ubi natus Martinus Lutherus Hæresiarcha, qui ibi-
dem etiam obiit. Vna leuca cum dimidia distat à
Mansfeldia oppido in Eurum, & 4. ab Halla in oc-
casum.]

Prov.
Rom.

Eistatum, sive Eichstadium, Eychstat, quasi
Quercopolis, urbs Germaniæ episc. sub Archiep.
Moguntino, in Bavaria trans Danubium, Ingolsta-
dio ad 3. leucas finitima. Vide Aureatum.

[Eistatum, Eychstat, seu Aichtet, urbs est in Ba-
varia superiori, ad Allemannum fluvium, sub do-
minio proprij Episcopi. 4. leucis distat à Donaverta
in ortum, 2. à Neoburgo in Boream, & 8. à Norim-
berga in austrum.]

[Ekelenfordia, Ekelenfordt, urbs Dania, in Du-
catu Slesvicensi. Nomen sibi adscivit à diruta arce
veteri Ekerenborg, ex cuius ruderibus surrexit, ad
brachium maris Baltici, hic in terram immissum se-
dens, cum portu capaci. Sed mari cingitur pro majori
parte; estque ferè media inter Slesvicum & Chilo-
nium.]

[Ekessum, Ekessio, urbs est Suecia, in Smalandia
provincia, versus Ostrogotiam. 5. leucis Suecicis à
Vetero lacu in ortum distat.]

Ptol.
Mel.
Steph.

Elæa, l'Alca Mol. & tabulis Chorographicis,
urbs Æolidis, in ora maritima, Pergamenorum por-
tus, inter Pitane & Myrinam ad merid. apud ostia
Caici fluvij, inde 12. stadiis, à Pergamo verò 120.
à Pitane 42. à Teuthrania 70. ex Strabone, patria
Zenonis & Parmenidis.

[Elæa, & Elea, urbs Asiæ minoris, in Mysia ma-
jori. 25. milliariibus à Pergamo in occasum. Hinc ma-
re inter ipsam & Lesbum insulam dicitur sinus Elai-
ticus, Philippo à Via teste; & 20. milliariibus distat à
Mytilene in ortum, in confinio Æolidis; cum ab alijs
in ipsa Æolide ponatur.]

Ptol.

Elæa quoque, promontorium Cypri, in ora ad
ortum, inter Salamina & Carpassum, nunc Riso
Carpasso, teste Lusignano.

Ptol.

Elæa, portus Epiri, inter ostia Acherontis fluvij
& Nicopolim urbem, Parga, teste Mol.

[Elæa portus quid sit nunc, non constat; eratque
prope ostia Acherontis fluvij in austrum. Sed non est
Parga, à qua distat circiter 20. milliariibus in meri-
diem.]

Ioseph.

Elæon, mons Iudææ, Hierosolymis imminens,
inde stadio distans, qui & mons Olivarum, & mons
Olivetis in Evangelio apud Ioannem & Matthæum
dicitur.

Strab.
Ptol.
Suid.

* Elæus, Critea, teste Nigro, opp. Thraciæ, in
Chersoneso, in ora australi, apud Mastusiam prom.
contra Sigeum Asiæ. Sed fallitur Nigro; nam Cri-
tea Crithea est apud eundem Ptol. ab Elæo oppido
diversum, licet proximum. [*Eδως man. Seldeni.]

Ptol.

Elæus item, Docna Molet, opp. Epiri mediterraneum,
in Chaonia regione, Hecatompedo finitimum.

Plin.

Elæussa, insula gemina Asiæ parva; una Ionix,
ante Smyrnam urbem, altera Ciliciæ, ante Cory-
cum promontorium & urbem. Vide Eleusa; nam &
sic legitur.

Plin.

Elamitæ, pop. Arabiæ felicis, cum oppido cog-
nomine apud oram maritimam.

Ptol.

Elana, Ælana, ac Læna Plinio, Ilana Iosepho,
Aila, teste Nigro, urbs Arabiæ petrææ, ad sinum
Arabicum, unde sinus ibi Elaniticus à Plinio nomi-
natur, & Elaniticus, Golfo di Eltor, apud montis

Sinay radices, ab Arsinoe urbe in intimo sinus Ara-
bici recessu supra 90. mill. pass. In Thes. Ling. Lat.
Elaniticus sinus apud Gazam ponitur, cum Gaza sit
in ora maris Syriæ, opposita sinui Arabico.

[Elana, seu, & melius, Ælana, nunc Aila, seu
& Eylan quibusdam, urbs cum portu, ad sinum Ara-
bicum, sub dominio Turcarum. Distat 120. milliari-
bus ab Arsinoe in ortum, & vix 30. ab urbe Eltor di-
sta in Boream. Villanovanus tamen credit esse Eltor
urbem in austrum.]

Elaphites, Isola di mezzo ex tabulis Geographi-
cis, insulæ tres parvæ maris Hadriatici, sive Illyri-
ci, apud Melitam, ab ea 12. mill. pass. distantes, à
quibus non longè Chia insula parva, Melitæ prop-
rior, ab ea 3. mill. distans. De quibus vide Plinium.
Harum prima Calamota, altera Isola di mezzo,
reliqua Guippana.

Plin.

Elaphonesus, Marmora, teste Curopalate, ob
marmoris copiam, insula Propontidis, quæ & Neu-
ris, & Proconnesus, teste Plinio, dicitur, apud Cy-
zicum urbem. Vide Proconnesus.

Plin.

Elaphus, Elatus Plinio, mons Asiæ propriæ, apud
Arginusam, apud quem Alcibiades obiit, & cervæ
abscissa aure reperiuntur; & fluvius Arcadiæ est
Pausaniæ.

Arist.

Ælian.

Elaphusa, insula parva maris Ionij, apud Corcy-
ram; ita parva, ut hodie nomine carere videatur.

Plin.

Elatas, Lime Mol. & Theveto, fluvius Bithyniæ,
inter Hippium fluvium & Heracleam Ponticam ad
ortum, in mare Euxinum sese exonerans. Hinc Ela-
taus nomen gentis. Ovidius lib. 12. Metamor-
phoseon:

Proh.

Clara decore fuit proles Elateia Canis.

Elatium, Elath Iosepho, oppidum Arabiæ, seu
Syriæ in confinio, inter Damascum, & Petram ur-
bem Arabiæ Petrææ metropolim.

Plin.

[Elatium, urbs Decapolis, inter Iordanem flu-
vium ad occasum, & Philadelphiam ad ortum, à
qua vix 15. milliariibus distat; estque versus confinia
Arabie deserte, 90. milliariibus à Damasco in au-
strum, & totidem à Petra in Boream.]

Elatia, oppidum Epiri, in Thesprotia regione, ad
fauces montium, quibus ad Tempe Thessaliæ tran-
situr, teste Livio.

Strab.

Elatus, mons Asiæ. Vide Elaphus. Est & mons
Zacynthi Plinio.

Plin.

Elaver, Allier, fluvius Galliæ Celticæ, ex mon-
tibus Arvernorum erumpens, ac non longè à Cla-
romonte urbe decurrens, & ad Nivernas in Ligerim
influens.

[Elaver fluvius, l'Allier, oritur in Diocesi Mi-
matensi, seu in Occitania, è vico Condresio, in radi-
cibus Losera altissimi montis Gabalorum, deinde in-
ter Gabalos & Velannos labens, Alverniam provin-
ciam rigat & bisariam secatur, uti & postea Borbonien-
sem provinciam, ubi juxta Molinum labitur, & tan-
dem paulò infra Nivernas & in Nivernensi provin-
cia ad locum Bec d'Allier dictum in Ligerim fluvium
cadit.]

Elbij vicus, Vico, vicus parvus, apud lacum Ci-
minium, inter Viterbium 8. & Roncilonem oppi-
dum, in via quæ Romam ducit 2. mill. pass. occur-
rens.

Proh.

[Elbinga, Elbing, urbs est munita Polonia, in
Prussia regia, Hockerlandia tractus caput, emporium
celebre, non longè à mari Baltico, & in Hanzeatico
fœdere, prope lacum Drausenium, ubi in sinum Frisch-
haff dictum se exonerat ad Elbingam fluvium, in
amœno situ. Pulchra est & elegans, duplexque, nem-
pe nova & vetus. Anno 1239. hæc urbs condita fuit,
& anno 1454. cum Gedano ab ordine Teutonico dese-
cit, ac dejecta arce, Polonorum tutela se commisit.]

Ibi Academia erecta fuit anno 1542. ab Alberto Brandenburgensi Prussia Duce. Capta fuit à Suecis anno 1629. uii etiam 1655. Sed postea reddita fuit Regi Polonia.]

Lib. Conc. Elbora, Talavera, urbs Hispaniæ Tarraconensis, ad Tagum fluvium. Vide Ebury.

[Elbovium, Elbeuf, oppidulum Gallia, in Normanniæ provincia, Ducatus titulo insignitum, ad Sequanam fluvium. 3. leucis supra Rothomagum in austrum distat.]

Ptol. Elcebus, Schlestat Villanovano & aliis, urbs Germaniæ superioris, in Alfatia, libera, apud Rhenum, inter Colmatiam 3. & Argentoratum 6. leucis, à Basilea 8. Selestadium Latino recenti.

[Elcebus, seu Helellus, oppidum Triboccorum, est nunc vicus Elle, in Alfatia inferiori, ab Ellum seu Helellum fluvium, vix uno milliari à Benofel-da, 2. leucis Germanicis à Selestadio in Boream, 3. ab Argentina in austrum, & 4. ab Argentovaria & à Brisfaco in Boream.]

Ptol. Eldana, Duennas, teste Goropio, oppidum amplum Hispaniæ Tarraconensis, in Castella veteri, inter Palentiam 2. & Vallisoletum in austrum 6. leucis à Burgis 15. in occasum. Sunt quibus & Donea Latine dicatur.

Po'yb. Strab. Elea, quæ & Cauconia, cujus populi Caucones Straboni, Elis Ptolemæo, regio Peloponnesi, inter Arcadiam & mare Ionium ad occasum, in qua Elis urbs, Belvedere Mol. & aliis Populi Elienses Polybio. Hinc Elæus nomen gentis. Propertius libro 3. elegia 7. [Vide Elis.]

Sunt quibus Elæe concurrunt palma quadrigæ.

Strab. Electra, forte, ut videtur, Leuctrum Ptolemæo, Istechia, oppidum Peloponnesi, in ora Messeniæ, cum fluvio cognomine, apud Laconicæ confinia.

[Electra oppidum fuit Peloponnesi, in Messenia provincia, ad amnem cognominem. 15. milliariibus distat ab ora sinus Cyparissij, & totidem à confinio Elis & Arcadia, & 30. ferme à Laconia regione in occasum. Sed differt à Leuctro seu Leuctra oppido Laconia.]

Plin. Electrides, quæ & Glessariæ, insulæ maris Germanici, ex adverso Scotiæ, tres, quarum una Hertlant, altera Scetlant vel Schetland, reliqua Fare, teste Ortelio, nominantur. Vide Glessariæ sive Glessaria. In Thesauto Linguae Latine insulæ maris Adriatici dicuntur, cum apud Plinium maris Germanici sint.

Electris, insula parva apud Tarentum urbem Magnæ Græciæ, quæ & Febra, teste Servio. Hic Ortelius Virgilium citat: apud quem non reperitur Electris: sed Electra filia Atlantis.

[Electris insula est sinus Tarentini, in regno Neapolitano, quæ nunc vulgò Monte Sardo dicitur; estque parva & montuosa, cum turri tantum & aliquot edibus. 30. milliariibus distat à Taranto in austrum.]

Strab. Elees, fluvius Lucaniæ, in mare Tyrrhenum apud Veliam urbem excisam labens, Evoli, teste Nigro, sic ab oppido quod præterfuit dictus: longè tamen abest Ebolum oppidum de Velia.

[Elees, seu Elea, fluvius Lucaniæ, cis Apenninum montem. Nunc Pisciora dicitur, ad Veliam urbem, cui & nomen postea dedit, teste Briccio. In mare Tyrrhenum se exonerat prope promontorium Palinurum, in Principatu citeriori: hinc Eleates sinus & portus, qui & Velinus.]

Ptol. Elephantina, & Elephantis, insula Ægypti, intra Nilum fluvium, cum urbe cognomine, quæ & Tabenna nominatur.

Arrian. Ptol. Elephas, Felles, teste Castaldo, mons Æthiopiæ, sub Ægypto, apud sinum Avalitem. In Thesauto Linguae Latine pro Æthiopiæ Arabiæ legitur.

Elephus, mons Asiæ, contra Lesbum insulam, Aristot. qui & Elatus, ubi Alcibiades obiit, & cervæ aurem scissam habent.

Elepla, Niebla, teste Ioanne Mariana, oppidum Hispaniæ Bæticæ apud oram Vandalitiæ, ab Hispali 9. leucis in occ. & Africum, olim sub Gothis, urbs episcopalis. Vide Ilipa.

Eleus, insula parva Ioniæ, apud Miletum urbem. Thucyd.

Eleus, euntis apud Plinium, & Elæus Stephano, urbs Thraciæ, ad Propontidem, in Cherroneso, Callipoli proxima, cujus incolæ Eleuntij dicuntur.

[Eleus, urbs Thraciæ, in intimo recessu Thraciæ Chersonesi in austrum, prope Eolium promontorium, nunc Critæa, versus ostium Hellepontii. Sed 30. milliari. à Propontide & à Gallipoli in austrum distat, uti 15. à Sexto in austrum pariter, & totidem à Sigeio promontorio in occasum. Dicitur etiam Elæus. Vide ibi.]

Eleusa, Elefa Sophiano, Corcu Nigro, insula parva Ciliciæ, ante Corycum promontorium, à quo nomen accipit. Elæussa Stephano, & Eleusin Hegesippo.

Eleusa altera, insula sinus Saronici, inter Peloponnesum & Atticam, ante Spiræum promontorium Salamini proxima, ad 2. stadia distans. Vide Eleusis.

Eleusa item, insula Lyciæ, inter Rhodum insulam & Phœnicem montem Lyciæ, à Rhodo 120. tantum stadiis distans, Simie, ut scribit Benedictus Bordonius, quam circiter 30. mill. passib. à Rhodo distare scribit. Ex quo errare Bordonius deprehenditur; nam Syme est quæ Simie vulgò dicitur.

[Eleusa quibusdam eadem est quæ Syme, insula Asiæ minoris & maris Lycij, in ora, inter Rhodum ad austrum, & Lyciam ad Boream.]

Eleusina, pagus Ægypti, in ora, apud Alexandriam, à qua 4. mill. pass. aberat, teste Livio, Canopicam fossam versus, cui Leusina scribitur.

Eleusis, Eleusin Ciceroni & Straboni, Lepfina Sophiano, oppidum Atticæ maritimum, inter Megaram, seu Nysæam, urbem, & Piræum portum Atheniensium: unde sinus Eleusinius, qui & Saronicus. De quo Ovidius lib. 4. fast.

Fors sua cuique loco est: qui nunc Cerealis Eleusis. Eleusina Atticæ sacrarium appellatur ab Apuleio, ob religiosissimum Cereris fanum, ubi plurima sacrorum ornamenta, quæ divisim & diversis temporibus ostendebantur. Vnde proverbium apud Senecam, Eleusina servat quod ostendat, contra eos qui in una epistola aut oratione omne quod sciunt effutiunt. Eleusina sacra apud Pausaniam, Stephanum, & alios Athenis magno concursu & celebritate Cereri fiebant, in quibus matronæ in curribus per jocum sibi mutuo & libere convitari solebant; ut propterea inde illud emanarit adagium, De plastro loqui; pro liberè quemlibet taxare. Quod alij ad poëtas comicos referunt; qui de plastro personati non solum in alios comicos, sed etiam in potentiores, atque in deos ipsos dicebant quæ vellent pro libito. Hinc Eleusinus, & Eleusinius a, um. ut Eleusina Ceres, Eleusina sacra, Eleusinum templum.

Eleutheræ, Eleuthernæ Plinio, urbs fuit Cretæ mediterranea, proxima Gortynæ.

Eleutheropolis, quæ & Hebron Iudæis, urbs Palestinae episcopalis, penè excisa, inter Hierosolyman 20. & Ascalonem 24. mill. pass. à Lydda 18. in austrum.

[Eleutheropolis, urbs Palestinae, differt ab Hebron, à qua distat 8. milliariibus in occasum, uti & 20. ab Hierosolyma Gazam versus.]

Eleutherus, Valania, teste Pineto & Postelo, fluvius Phœnicis, apud Balaneas, à quibus nomen accipit, inter ipsas & Orthosiam in mare decurrens.

[*Eleutherus, fluvius Syriæ, oritur ex Libano monte, teste Philippo de Via, & post longum cursum in mare Phœnicium se exonerat ad Balaneas, 30. milliaribus ab Orthosia in Boream, & 25. à Laodicea in austrum.*]

Prot. Eleutherus alter, Siciliae fluvius, Admirati Fazello, qui Oretus Vibio Sequestri dici videtur, Panormi urbis mœnia lambens.

[*Eleutherus, fluvius Siciliae, nunc Bajaria dicitur, Cluverio, Sansone, & aliis testibus, & in mare Tyrrenum se exonerat, 8. milliaribus in ortum à Panormo & ab Oreto fluvio, qui nunc etiam Oreto dicitur.*]

Plin. Eleuthrae, pagus Bœotiae, apud Plateas urbem; ubi Mardonius Dux Persarum à Græcis prælio superatus est, 30000. militum caesis, Scribitur & Eleutherae.

Elgis, *Elgin*, urbs Scotiae episcopalis, Moraviae regionis caput; ad ostium Speae fluvij, in ora orientali, inter Vervedum & Tarvedum promontoria, ab Aberdonia 27. mill. in Boream.

[*Elgis, seu Elgia, Elgin, urbs parva Scotiae septentrionalis, versus oram maris Germanici, & 3. milliaribus à littore, ad fluvium Loxiam, Loxye. 6. milliaribus Scotiis distat ab ostio Speae fluvij in occasum, uti 35. à Taxalo promontorio, & 42. à Beruvio promontorio in austrum.*]

Prot. Elgovæ, populi Albionis, quorum regio, teste Blacuodæo, Elgovia, & Lennoxia Latino recenti, vulgò *Lennox*, dicitur, in Scotia; in qua Lomundus lacus est ad Grampij montis radices, Hos alibi Ptolemæus Selgovas appellare videtur, quorum urbes Carbantorigum, Vxelum, Corda, Trimontium, Novantis finitimos. [Camdeno sunt magis ad austrum, ubi hodie *Lidesdale, Eusdale, Eskdale, Annandale & Nidisdale.*]

[*Elgovæ aliis sunt Selgovæ, populi Scotiae meridionalis, ubi nunc provincia Nidisdalia, Eskia, & Anandia, versus confinia regni Angliæ. Vide Selgovæ.*]

[*Ely, Ely, urbs est episcopalis Angliæ sub Archiepiscopo Cantuariensi, in Cantabrigia Comitatu & in insula cognomine, ad Vsam fluvium. Vide Elys.*]

Mela. Eliberi, Illiberis Plinio, Iliberis Livio, Colibre seu *Colivre*, oppidum Hispaniæ citerioris, in ora littorali Catalauniæ, seu Comitatus Ruscinonensis, in Gallia Narbonensis (in qua à Plinio locatur) confinio, ad ostia fluvij cognominis, qui à Ptolemæo Illeris, à Strabone Illybirris appellatur. Olim urbs episcopalis apud Helenam urbem, quæ illi successit, 2. leucis in meridiem distans. Hic Ortelius Ptolemæum citat, apud quem hæc urbs * non legitur: quæ enim Illiberis ab eo nominatur, in Bætica est. Eliberi autem urbs apud Plinium ea est, quæ Illiberis Ptolemæo dicitur, urbs olim archiepiscopalis apud Granatum (quod illi successit) excisa, *Elvire* vulgò. [* Reperitur in Ptolemæo etiam Iliberis in Gallia Narbonensi.]

[*Eliberis, urbs Turdulorum, in Hispania Bætica, ad Singilim fluvium; quæ ab aliis Illiberis dicitur, nunc vicus Elvire dictus, in regno Granatensi, prope urbem Granatum, Granada, quæ crevit ex ejus ruinis. Ibi Concilium Eliberitanum celebratum anno 305. Eliberis item, seu, & melius, Illiberis, quæ & Caucoliberis, urbs est etiam Gallia Narbonensis, in ora littorali maris Mediterranei & sinus Leonini, vulgò Colliure, Gallis Collioure, parva, sed munita, cum portu capaci, in Comitatu Ruscinonensi & in confinio Cataloniae, antea Hispaniæ annexa; sed ab anno 1641. quo à Gallis capta fuit, subest dominio Regis Gallia.*]

Eliocrata vel Eliocroca, *Lorca*, teste Clusio & Mariana, urbs Hispaniæ Tarraconensis, in finibus Bæstetanorum, sive in regno Murcienfi, à Carthagine nova 25. mill. pass. ex Antonini Itinerario, sed 12. revera leucis, à Murcia 14. versus Basti, olim episcopalis sub Archiepiscopo Toletano; sed sedes Carthaginensi unita est.

[*Eliocrata, quæ & Ilorcis, nunc Lorca, ad fluvium Guadalentinum, in confinio regni Granatensis. 10. leucis Hispanicis distat ab ora maris Mediterranei & sinus Vergitani in Boream, & 10. à Basti in ortum: estque satis parva.*]

Elipa, quæ Ilipa Plinio dici videtur, & Elepla in veteri inscriptione, urbs olim Bæticae episcopalis sub Archiepiscopo Hispalensi. Vide Elepla.

Elis, regio Peloponnesi, inter Arcadiam & Achaïam, marèque Ionium ad occasum, quæ & Elea Polybio & Straboni, & Cauconia dicta est; cum urbe ejusdem nominis, hoc est, quæ Elis appellatur, *Belvedere* Nardo & Pineto, ubi byssus multa provenit, teste Pausania, tenuitate Iudaica præstantior: regio verò *Ialea*. De qua Ovidius libro 15. *Metamorphoseon*:

Pisa mihi patria est; & ab Elide ducimus ortus. Patria fuit Phædonis Philosophi Platonis amicissimi, teste Gellio libr. 2. cap. 18. Elis item equis abundans fuit, teste Propertio libro 1. eleg. 8.

Et quas Elis opes ante pararat equis.

Eleus nomen gentis, ab Elide vel Elea regione deductum, uti apud Ovidium libr. 5. *Metamorphoseon*:

Tunc caput Eleis Alpheias extulit undis.

Et Elæus, a, um adject. Ovidius in epistola Leand. Heroni.

Vt celer Elæo carcere missus equus.

[*Elis regio est Peloponnesi, quæ nunc Belvedere dicitur ab urbe primaria cognomine, sed latius patet; continet enim Elidem & Messeniam, Brietio & aliis testibus: subestque tota dominio Turcarum à ducentis ferè annis. Elis autem urbs, Elidis primaria, ad Peneum fluvium, nunc etiam Belvedere dicitur; estque ampla, probè culta, & in loco peramœno sita, Calloscopium Græcis. 15. milliaribus distat ab ora maris Ionij in ortum, & 24. à Dyme seu Clarentia in austrum.*]

Elis item, sive Helis, locus Palæstinæ, ubi Moses 12. fontes invenit, *Bebbu* nunc, teste Postello, & *Belbes*. Sed *Belbes* aut *Pelbes* Pelusium est, urbs Ægypti.

Elissus, Ilissus Plin. & aliis, fluvius Achaïæ, per Atticam fluens, ac in mare ad Piræum portum exiens. Fluvius etiam Sicyoniæ regionis est, ex Arcadia oriens, ubi Megalepolim urbem adluit, & in Alpheum decurrens. Vide Ilissus.

[*Elissus, fluvius Atticæ. Dicitur ab aliis Ilissus. Vide ibi.*]

Elixus, fluvius Cææ insulæ, apud Caressum fluens.

Ellopiæ, locus Eubœæ insulæ, ad Telethrium montem, ubi Hellopiæ aquæ calidæ Plinio & Solino, nunc pagus *Ellopiæ* etiamnum in tabulis Chorographicis dictus, in ora ad ortum, apud Cerinthum.

Ellus, fluvius Phrygiæ magnæ, maximus omnium qui in Hermum influunt, Hyllus ab Homero & Strabone dictus, per Lydiam fluens. Est & Ellus fluvius Alsatia, à quo illa *Elsas* nominatur, sed nomen est recens.

[*Ellus, fluvius Asiæ minoris, in Lydia. Dicitur ab aliis Hyllus; & paulò infra Tyatum seu Tyathiram in fluvium Hermum labitur. Vide Hyllus.*]

[*Ellus, fluvius Germaniæ, dicitur, & melius, Hellus, Ill. Oritur in Suntgovia prope Ferreram oppidum, deinde per Alsatiam provinciam labitur, ubi Mulhusiam rigat, Ensisheimum, Colmariam, Selg-*

stadium, & Benofeldam, postea etiam Argentinam, & paulò infrà in Rhenum fluvium se exonerat.]

Scrip. Gall. Elna, fluvius Galliae Belgicae, per Picardiam apud Bononiam urbem fluens: cuius in vita S. Audomari Episcopi fit mentio.

[Elna, fluvius parvus Galliae Belgicae, aliter Lianne dictus, Lianne. Oritur in confinio Artesiae, & juxta Bononiam in mare Britannicum se exonerat.]

Scrip. Belg. Elna, S. Amand, pagus Belgij, in Hannonia, ad Scarpum fluvium, inter Valencenas 3. & Tornacum 4. leucis, ubi Elnonense monasterium, abbatia praecipua. De eo in vita S. Amandi.

[Elna, S. Amand, oppidum est Comitatus Flandriae, ad fluvium Scarpam, qui paulò infrà cadit in Scaldim; estque in confinio Hannonia, sub dominio Regis Francia ab anno 1667. Fuit aliàs munitum, sed postea ejus munitiones disjecta fuere.]

Strab. Elone, oppidum, Macedoniae, in Perrhaebia regione, in Thessaliae confinio, ad montis Olympi radices, & Eurotam fluvium.

Plin. Sol. Elongosine, locus Armeniae majoris, in monte, ad ortum Tigridis fluvij.

Lib. Prov. Elorona, & Eloronensium urbs, Illuro Antonino, Oloronensis urbs Sidonio Apollinari, Oleron, teste Cœnali cum aliis, urbs Aquitaniae episcopalis sub Archiepiscopo Auscensi, inde ad 12. leucas in austrum recedens, intra Pyrenaei montis radices, à Tarba urbe 4. in Bearnensi Principatu, Lapurdo & Epauno finitima.

[Elorona, seu Illuro, urbs Tarbellorum, in Aquitania, ad Gabarum fluvium, in Bearnia provincia, ad radices Pyreneorum. 4. leucis distat à Palo in occasum, 6. à confinio regni Navarra, 20. ab Auscijs in Africum, & 11. à Tarba in occasum.]

Plin. Steph. Elorum, Elorus Vibio Sequettri, Helorus Silio, fluvius Siciliae, per oram ad ortum inter Syracusas & Pachynum promontorium fluens, qui intus Atellari, & circa ostium Abyso, teste Fazello, nominatur. Elorum verò vel Elorus, oppidum ad ostium amnis, excisum jacet; manet turris, quae Sta in pace dicitur, teste Fazello, inter Syracusas 24. & Pachynum 16. mill. pass. Fluvius apud ostia stagnat ad mille passus, & orta in mare [forfan tempestate] ita intumescit, ut agros in morem Nili exundet. Populi Elorini Ciceroni. Silius libro 14.

Sidonia & Drepane, atque unda clamor Helorus. Hinc Elorius nomen gentis, & Elorinus Ovidius 4. fast.

Hinc Camarinam adiit, Thapsosque, & Eloria Tempe.

Elorina autem stagna, ubi, teste Solino, pisces manescunt, ut etiam cibos de manibus hominum capiant, sunt inter Elorum & Pachynum, apud Macharam urbem everfam: duo sunt, quorum unum Lago di Lupo, alterum Ravetti apud Fazellum dicitur.

[Elorum, seu Elorus, Acellaro nunc dicitur; estque fluvius Siciliae, in valle Neatina. Modicam rigat, & prope Neatum labitur, & paulò post in mare Ionium se exonerat, juxta rudera Elori urbis, 10. milliariibus à promontorio Pachino in Boream, & 30. à Syracusis in austrum.]

Plin. Elpenoris Tumulus, in Latio apud Circaeos, in monte, ubi nunc pagus, seu vicus, & sacra aedes S. Felici dicata.

[Elsenora, Elsenor, urbs regni Daniae, in Zelandia insula, prope Sundicum fretum & arcem Coronaburgum, cum portu capaci, è regione Scania & urbis Helsingoburgi.]

Ant. Elteri, & Elterium, Alterdochan, teste Iacobo Delgado, cum Iacobo Vasconcello, pagus Lusitaniae, in regno Portugallico, apud Amæam urbem

ad 2. leucas distans, à Monte Albano 8. Eboram versùs 20.

[Elteri, seu Abelteris, & Turres Alba, oppidum aliàs Lusitaniae, in Scalabitano conventu, nunc Alter dicitur, seu a Aerra, ut quibusdam placet; estque vicus tantum Extremadurae Lusitanicae, ad amnem Zatas dictum, medius inter Vlyssiponem & Portum alacrem.]

[Elwanga, Elwang, urbs Germaniae, in Suevia regione, ad fluvium Iaxtum, ubi Praepositura nobilis, la Prevosté d'Elwang, cujus dominus Imperij Princeps. 5. milliariibus Germanicis distat à Nerolunga in Boream, & 2. à Dinchelspila in occasum.]

Ptol. Elusa, Eleusa apud Mol. urbs Palaestinae mediterranea, in Idumaea, olim episcopali sede ornata.

Scrip. Brit. Elwa, postea urbs S. Asaphi five Asaphopolis, S. Asaph, urbs Albionis, in ora Walliae littorali ad Boream, inter Cestriam ad ortum, & Bangorium ad occasum, inde 30. hinc 28. mill. distans, episcopalis sub Archiepiscopo Cantuariensi.

[Elvva, seu Asaphopolis, S. Asaph, urbs est Valliae Borealis, in Comitatu Flintensi, sic dicta, quia ibi Elvus fluviolus in Cluidam se exonerat. 16. milliariibus Anglicis distat à Cestria in occasum, & 20. à Bangorio in ortum. Vide Asaphopolis & Fanum S. Asaphi.]

Amm. Eluza, Elusa Sulpitio, Elufates Caesari, Elusaberris Melæ, urbs Elusatium libro Provin. Eluso Paulino, Helusa Sidonio, Eusa, Eause, & Euse, Elsa Scaligero, urbs Aquitaniae episcopalis sub Archiepiscopo Auscensi, licet episcopatus nunc Auscensi sit copulatus, inter Auscos 7. & Vasatas ad occasum 9. leuc. Cœnalis non rectè Lascurram urbem interpretatur. In Thesaurio Linguae Latinae ex Olivario Aux malè indigitatur pro Elsa.

[Elusa, Eause, urbs Galliae, in Aquitania, nunc in Arminiaco Comitatu & in confinio Condomensis tractus, ad Gelisam amnem, aliàs ampla & episcopalis, nunc parva & obscura, & antiquitate tantum celebris, inter Vasates ad Boream & Auscios ad Euum, 5. leucis à Condomio in occasum. Hinc populi adjacentes Elufates dicti.]

Ptol. Elyma, Canina Sophiano, urbs Macedoniae episcopalis, in Epiri confinio & Elymiotarum finibus, in Chaoniae regionis quoque confinio, ab Aulone & Chimæra ad 25. mill. passus in ortum distans.

[Elyma, seu Elymaea, urbs Macedoniae, Elymiotarum caput, ad Celydnum fluvium, in Albania meridionali.]

Elyma quoque, urbs Siciliae, in ora Boreali & Thucyd occidua, excisa, à Segesta 12. mill. pass. in septentrionem distans, Panormum versùs 30. Palymite nunc locus, teste Fazello, nominatur. Sic ab Elymo Trojano conditore dicta, eodem tempore quo Segesta aedificata.

Plin. Elymmais, regio, & Elymaei populi Livio, pars Perfidis ad occasum, in Susiana regionis confinio, inter sinum Persicum ad meridiem, & Mediam ad Boream extensa.

Ptol. Elymiotæ, populi Macedoniae: quorum regio Placani, teste Castaldo, nominatur.

[Elymiotæ populi fuere Macedoniae versùs occasum & mare Adriaticum, prope Taulantios. Ibi nunc pars australis Albania propriae. Eorum primaria erat Elyma seu Elymaea, urbs mediterranea ad Celydnum fluvium, quae nunc Canina dicitur.]

Scrip. Brit. Elys, Ely, insula Albionis, in Anglia, inter duo flumina, circuito 80. mill. pass. cum urbe episcopali sub Archiepiscopo Cantuariensi, Cantabrigiae urbi & academiae proxima, olim Anglorum orientalium sedes regia.

[Elys, seu Elis, Ely, urbs est parva Angliae, ad

Vsam fluvium, in loco parum salubri, in Comitatu Cantabrigia, 14. milliariibus Anglicis ab Huntingdonia in ortum, & 10. à Cantabrigia in Boream. Ab ea regio adjacens inter fluvios Avonam & *Vsam*, ac inter paludes Whittlesey Mere & Ramsey Mere, & partem Oceani Germanici, aliàs Metaris estuarium, dicitur Eliensis insula, The yle of Ely, ubi aliàs Girvii populi. De ea plura habet Camdenus.]

Tac. Elysiij, populi Germaniæ, quorum regio Lausnitz, & Latino recenti Lusatia, teste Petro Nivemontio. Sed Andrea Velleio *Alsen* insula Daniæ esse videtur. At plerique priori adhærent sententiæ. Sunt etiam quibus Slesij esse videntur, & regio Slesia.

[*Elysiij*, qui & *Lugij Elysiij*, populi Germaniæ versùs Sarmaticos montes, ubi nunc pars australis parvæ Polonia, versùs *Vistula* fontes. Eorum caput erat Carrodunum, nunc Cracovia, Polonia primaria, longè autem à Lusatia in ortum protensi erant, testibus Sansone, Brietio, & aliis.]

Homer. Elysiij quoque campi apud inferos à Poëtis ficti.
Virg. Virgilius lib. 1. Georgic.

Quamvis Elysijs miretur Græcia campos.

Plin. Emathia, regio Macedoniæ ad ortum, mare Liv. Ægæum attingens, inter Mygdoniam ad Boream & Pieriam ad meridiem, in qua Pella, Berrhœa, Aedessa, aliæque urbes complures. Sed aliquando pro tota accipitur Macedonia, præsertim apud Poëtis. In priori acceptione Pitiotidia à Lazio indigitatur. Sed hæc potiùs Phthiotis videtur regio Thessaliæ. Hinc Emathius nomen gentis. Lucanus lib. 1.

Bella per Emathios plusquam civilia campos.
Virgilius lib. 1. Georgic.

Nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro Emathiam & latos Æmi pinguescere campos.

[*Emathia*, seu *Æmathia*, provincia est Macedonia, quæ etiam propria Macedonia dicitur. Habet ab austro Thessaliæ, ab ortu Pieriam & sinum Thermaicum, & à septentrione Pelagoniam & Mygdoniam. Ejus primaria est Aedessa.]

[*Embda*, *Embden*, urbs Germaniæ munita, & emporium celebre ad fluvij *Amistæ* ostia, Frisæ occidentalis caput, aliàs sub dominio proprii Comitatus, nunc in ditione Batavorum. 6. milliariibus Germanicis distat à Groninga in ortum, & 15. à Brema in occasum.]

Script. Emelia, *Emeley*, urbs Hiberniæ episcopalis sub Hib. Archiepiscopo Casiliensi, in Momonia regione, Lismorensi urbi finitima.

[*Emelia* urbs est Hibernia, vulgò *Entmeley*, in Comitatu Tiperariensi, ad amnem Broodvater, 15. milliariibus à Cassilia in occasum. Paucis constat incolis, & sensim deficit.]

Plin. Emerita, quæ & Augusta Emerita, *Merida*, urbs Ptol. Lusitaniæ, olim ampla, archiepiscopalis, & conventus Liv. Iuridicus multarum urbium, ad Anam fluvium, in Extremadura; nunc penè deserta, sede archiepiscopali Compostellam urbem Gallaciæ transducta; inter Metallinum 6. & Pacem Augustam 9. leucis distata, ab Augusto condita, & Emerita dicta, veteranis militibus & emeritis ad incolendum tradita, teste D. Isidoro libro 15. etymolog. Hæc anno salutis 1230. unà cum Pace Augusta, Castris Cæciliis, & aliis oppidis ab Hispanis, Mauris victis & ejectis, recuperata fuit. De ea Aufonius in catalogo urbium:

Iure mihi post has memorabere nomen Iberum Emerita.

Hic granum rubrum provenit, quo vellera tinguntur, Tyrio splendori nequiquam cedente, teste Plinio libro 9. capite 41.

[*Emerita* nihil superest hodie præter ruinas & magna antiquitatis vestigia. Subest Equitibus S. Jacobi

de Spatha dictis; estque tantum urbecula tenuis, tantisper munita hisce ultimis annis propter metum Lusitanorum.]

[*Emerita*, *Merida*, urbs nova America septentrionalis, in nova Hispania & in provincia Iucatania, versùs Boream & sinum Mexicanum, sub Hispanis, episcopalis sub Archiepiscopo Mexicano.]

Emisa, * *Emissa* Ptolemæo, *Hemefa* Plinio, *Hamsa*, & *Turcis Haman*, teste Bellonio, *Chemps Postello* & *Ioanni Lydo*, *Camala Nigro*, urbs Syriæ archiepiscopalis sub Patriarcha Antiocheno, inter *Arethusam* & *Laodiceam* 16. mill. pass. inter Antiochiam verò 34. & *Damascum* 19. ab *Apamia* 40. [* habet manuscript. Seldeni *Emissa*.]

[*Emisa*, seu *Emessa*, vulgò *Heinz*, urbs Syriæ, ad *Orontem* fluvium, inter *Laodiceam* ad austrum & *Arethusam* ad Boream. Distat 43. milliariibus à *Damasco* in Boream, totidem ab *Apamea* in austrum, sicuti 80. ab *Antiochia*, & 60. à *Palmyra* in occasum.]

Emmaus, quæ & *Nicopolis*, *Nicopol* adhuc dicta, teste Postello, *Gorç* à *Turcis* & *Arabibus* appellata, teste *Ravvolfo*, urbs *Palæstinæ* episcopalis, in *Iudæa*, sub Patriarcha Hierosolymitano, ab Hierosolymis supra 7. mill. pass. *Ioppen* versùs 33. in occasum. In Thesaurio Linguae Latinæ *Emaus* pro *Emmaus* legitur.

[*Emmericum*, *Emmerik*, urbs munita Germaniæ, in *Clivensi Ducatu*, ampla & dives, ad *Rhenum* fluvium, una leuca à *Schenckia* arce in ortum, & paulò amplius à *Clivia*. Iuris est *Brandenburgici*, sed præsidium habet *Batavorum*.]

Emodus, *Hemodus* Ptolemæo, *Emodi* numero plurali Plinio, *Moghali*, teste *Castaldo*, *Iethra* *Iudæis*, & *Bereseth* *Mengreliis*, teste *Theveto*, mons maximus *Asiæ*, *Tauri* pars, *Indiam* à *Scythia* determinans.

[*Emodus* mons, seu *Emodi* montes, nunc *Dalanguer* aliis. Vide *Taurus*.]

Emona. Vide *Æmonia*.

Emonia, *Maid*, teste *Ortelio* cum aliis, insula *Scotiæ* ad ortum adjacens. [forfan *the May*, in freto *Edinburgensi*.]

Emporiæ, *Castel Aragonese*, urbs *Sardinia* marit. in ora occidua apud *Borealem*, episcopalis sub Archiepiscopo *Turritano*, sive, ut nunc vocant, *Salfarenfi*, à *Sassari* & *Algario* 18. mill. pass.

[*Emporiæ*, aliàs *Tibula*, *Castel Aragonese*, urbs est munita *Sardinia* insula & prima ab *Aragoniis* occupata, prope ostia *Termini* fluvij, ab ea *Aragonese* etiam dicti. 30. milliariibus distat in austrum ab ora proximiori *Corfica* insula, 18. à *Sassari* in Boream, & 34. ab *Algario* pariter in Boream, cum arce & portu capaci.]

Emporiæ, *Emporium* *Straboni* & *Stephano*, *Ampurias*, urbs olim maxima & episcopalis sub Archiepiscopo *Tarraconensi*, nunc oppidum *Hispaniæ* *Tarraconensis*, in ora littorea *Cataluniæ*, inter *Barcinonem* ad meridiem 8. & *Gerundam* ad arctos 6. ferè leucis: cujus meminit *Silius* libr. 3.

Phocaica dant *Emporiæ*, dat *Tarraco* pubem.

[*Emporiæ*, urbs aliàs *Indigetorum*, nunc oppidum *Cataloniæ*, in ora littorali maris *Mediterranei*, paucis constat incolis. 3. leucis distat à *Rhoda* in austrum, 6. à *Gerunda* in ortum, & 20. à *Barcinone* in *Cæciam*, non autem inter *Barcinonem* & *Gerundam*. Ab ea regiuncula adjacens *l'Ampurdan* vulgò dicitur.]

Emporicus sinus, *Golfo di Sella*, in *Mauritania* *Tingitana*, inter ostia *Subur* fluvij & *Atlantem* minorem, ubi *Sala* fluvius & urbs.

[*Emporicus* sinus aliis est *Golfo de Sala* *Hispaniæ*,

Golfe de Salé Gallis, ubi Sala urbs & emporium Salé, in regno Fezzano.]

Script. Etrusc. Emporium, Empoli, oppidum præclarum Thusciae, medium inter Florentiam & Pisas, 20. mill. pass. utrinque distans, haud procul ab Arno fluvio.

[Emporium, seu Empolia aliis, Empoli, oppidum est agri Florentini, ad Arnum fluvium, 20. milliariibus distat à Florentia in occasum, & 30. à Pisis in ortum, sub dominio magni Ducis Etruriae.]

Liv. Emporium, Ponte Nura, ut videtur ex Livij verbis colligi, pagus Æmilie, apud Placentiam, ad 5. mil. pass. Parmam versùs in ortum distans, [ad Nuram Fluvium.]

Emporia hujus temporis clara:

[Agra India citerioris, Agra.
Alba Græca Hungaria, Belgrade.
Aleppum Syria, Alep.]
Alexandria Ægypti, [Alexandrie.]
Amsterdamum Hollandiæ, [Amsterdam.]
Antuerpia Brabantiae, [Anvers.]
Arabia Arabiæ felicitatis, [Laghi.]
[Arcangelopolis Moscovia, l'Arcangel.
Argentina Germaniæ, Strasbourg.]
Armuzia Carmaniæ, [Ormuz.]
[Aspahanum Persiæ, Hispahan.
Astracanum Moscovia, Astracan.
Augusta Vindelicorum Germaniæ, Augsbourg.
Bantanum Indiæ, Bantam.
Barcino Hispaniæ, Barcelone.]
Bardum Pomeraniæ, [Bardt.]
[Basilea Germaniæ, Basle.
Batavia Indiæ, Batavia.]
Bergæ Norvegiæ, [Bergues.]
Bocenum Comit. Tirolensis, [Bolzan.]
[Brema Germaniæ, Bremen.
Bristolium Angliæ, Bristol.
Brugæ Belgij, Bruges.
Burdegala Galliæ, Bordeaux.
Calecutum Indiæ citerioris, Calecut.
Caletum Galliæ, Calais.
Calmaria Sueciæ, Calmar.
Cambaia Indiæ citerioris, Cambaia.]
Cantanum, olim Cattigara, Sinarum, [Cantan.]
Carmana Carmaniæ, [Cherman.]
[Cartagena nova Hispaniæ nova, Cartagena nueva.
Cartago nova Hispaniæ, Cartagena.]
Catiganum Indiæ cit. [Chatigan.]
[Cestria Angliæ, Chester.
Colonia Germaniæ, Cologne.
Constantinopolis Thraciæ, Constantinople.]
Damascus Cœlesyriæ, [Damas.]
Dantiscum Prussiæ, [Dantzick.]
[Deppa Galliæ, Dieppe.
Dominicopolis America, S. Domingo.
Dublinium Hiberniæ, Dublin.
Dunquerca Galliæ, Dunquerque.
Edimburgum Scotiæ, Edimbourg.]
Elbinga Prussiæ, [Elbing.]
[Embsa Germaniæ, Embden.]
Epidaurus Dalmatiæ, [Raguse.]
Essedon Scythiæ, [Chialis.]
Francphordia Franconiæ, [Francfort sur le Main.]
[Gades Hispaniæ, Cadis.
Gedanum Poloniæ. Vide Dantiscum.]
Genua Liguriæ, [Genes.]
[Glucstadium Holsatiæ, Gluckstadt.
Goa Indiæ citerioris, Goa.]
Gripwaldum Pomeraniæ, [Gripswaldt.]
[Hafnia Daniæ, Coppenhagen.
Havana America septentrionalis, la Havana.]
Hamburgum Saxoniæ, [Hambourg.]
Hadrianopolis Thraciæ, [Adrinople.]

[Holmia Sueciæ, Stockholm.]
Hierapolis Syriæ. [Vide Aleppum.]
Hispalis Hisp. Batiæ, [Seville.]
Iconium Lycaoniæ, [Cogni.]
[Insula Belgij, l'Isle.]
Issedon. Vide Essedon.
[Julia Casarea, seu Rufucurum, Africa, Alger.
Leodium Germaniæ, Liege.
Liburnus Italiæ, Livourne.
Lima seu Civitas Regum Peruviae, Lima ó los Reyes.]
Lipsia Misiniæ, [Leipsik.]
Leopolis Ruthenorum, [Lembourg.]
[Loanda Africa, S. Paul de Loanda.]
Londinum Angliæ, [Londres.]
Lubecum Saxoniæ, [Lubek.]
Lugdunum Galliæ, [Lyon.]
[Lutetia Galliæ, Paris.
Macassar in insulis Moluccis, Macassar.
Macauum Sinarum, Macao.
Macloviopolis Galliæ, S. Malo.]
Malacca Indiæ ulter. [Malacca.]
[Manilla in insulis Philippinis, Manilla.
Marochium Africa, Maroc.
Massilia Galliæ, Marseille.
Meacum Iaponiæ, Meaco.]
Messana Siciliæ, [Messine.]
Mediolanum Insubriæ, [Milan.]
Metelburgum Zelandiæ, [Middelbourg.]
Methymna Campestris Hisp. [Medina del Campo.]
[Mexicum America septentrionalis, Mexico.
Moscu Moscovia, Moscou.
Mozambicum Africa, Mozambique.
Nangazachium Iaponiæ, Nangazachi.
Nanneta Galliæ, Nantes.
Nanquinum Sinarum, Nanquin.]
Neapolis Campaniæ, [Naples.]
[Nidrosia Norvegiæ, Drontheim.]
Noriberga Germ. [Nuremberg.]
Olyssippo Lusit. [Lisbone.]
[Panama America, Panama.
Panormus Siciliæ, Palerme.
Portus Portugalliæ, Porto.]
Prusa Mysiæ Asiaticæ, [Bursia.]
[Quebecum nova Franciæ, Quebec.
Regiomons Prussiæ, Konigsberg.
Revalia Livoniæ, Revel.
Rhodus Asiæ minoris, Rhodes.]
Riga Livoniæ, [Riga.]
Rostochium Ducat. Magnopolitani, [Rostock.]
[Roterodamum Hollandiæ, Roterdam.
Rothomagum Galliæ, Rouen.
Rupella Galliæ, la Rochelle.
Sala Mauritania Tingitana, Salé.
Sancti Salvatoris Fanum, seu sinus omnium Sancto-
rum Brasiliæ, la Bahya de todos os Sanctos.]
Satiganum Indiæ citer. [Chatigan.]
[Siamum, Indiæ ulterioris, Siam.
Smirna Asiæ minoris, Smirne.]
Sundis Pomeraniæ, [Stralsund.]
[Surata Indiæ citerioris, Surate.]
Tanais Sarmatiæ, [Asac.]
Teredon Babylonæ, [Bassora.]
Theodosia Tauricæ, [Cassa.]
Thessalonica Maced. [Salonichi.]
[Tolosa Galliæ, Toulouse.
Trapezus, Asiæ minoris, Trebizonde.]
Tripolis Syriæ, [Tripoli de Sourie.]
[Valentia Hispaniæ, Valence.
Venetia Italiæ, [Venise.]
Vlma Sueviæ, [Vlme.]
[Vlissinga Belgij, Fleissingue.]

Wisnaria Duc. Magnopolit. [*Vismar.*]

Liv. Empulum, *S. Lupedio*, vel *S. Elpidio*, oppidum amplum Piceni, apud oram, à Firmo urbe 6. mill. pass. in occasum Lauretum versus. Sed Francisco Pamphilo est castrum ejusdem oræ, *Clavello* dictum.

Enarginum, *Orgon*, oppidum Gallie Narbonensis, in Provincia, ad Druentiam fluvium, apud Cabellionem 2. leucis Tarasconem versus 4. ab Aquis Sextiis 7.

[*Enarginum*, seu *Vrgonium*, *Orgon*, oppidum est Gallie, in Provincia, cum castro aliàs munito, nunc disjecto, in colle. 2. leucis distat à Cabellione versus *Aquas Sextias* in ortum, & 6. à *Tarascone* etiam in ortum, uti 7. ab *Arelate*.]

Orph. Enaulus, fluvius Thracie, in Euxinum mare apud Anchialum urbem fluens; quem Ortelius in Thessalia describit pro Anauro. De eo sic Orpheus:

Plena quoque Anchialos, & aquis presalsus Enaulus.

Plin. Steph. Encheleæ, Enchelij Straboni, populi Illyrici, quorum oppidum & regionem *Etesciam* vocat Pineus. Ibi Cadmum cum uxore inferpentem versum fabulantur. Enchelie Lucanus lib. 3.

nomine prisco

Enchelia versi testantes fumera Cadmi.

[*Enchusa*, *Enchuyfen*, urbs munita Belgij uniti, in *Hollandia*, in ora littorali sinus *Austrini*, cum portu commodo: hinc optimi *Naucleri*. Vix distat 3. leucis ab *Horna* in ortum, uti 5. ab *Alcmaria*, 4. ab ora proximiori *Frisia*, 6. autem ab *Amsterodamo* in *Boream*.]

Ptol. Enderum, *Ender* adhuc *Castaldo*, oppidum Illyrici, in *Dalmatia*, quod *Nigro Drivesto* dicitur: sed situs non congruit. Vnde *Enderudini* populi *Dalmatie*, non *Liburnie*, ut in *Thefauto* Linguae *Latinae*.

[*Enderum* est *Endero*, oppidum *Dalmatie*, in *mediterraneis*, versus *Scardum montem*, 50. milliariibus à *Lisso* in *Boream*, *Brietio* & *Sausone* testibus.]

Ant. Endideium, *Neumarck*, teste *Simlero*, oppidum *Rhaetiae*, in *Suevia*.

[*Endideium*, seu *Endida*, quibusdam est *Neumarck*, ad *Athesim* fluvium, in *Comitatu Tirolensi*. Aliis autem est *Bolzanum*, *Bolzano*, urbs *Comitatus Tirolensis*, ad fluvium *Eisocum*, qui mox cadit in *Athesim*, & media inter *Tridentum* & *Brixinonem*.]

Ptol. Endigetes, *Indigeti* Sexto *Avieno*, populi *Hispaniae citerioris*, in ora *Catalauniae orientali*, ubi *Emiria* & *Rhoda* oppida.

[*Endigetes*, populi *Hispaniae Tarraconensis*. Ab aliis *Indigetes* dicuntur. Vide ibi.]

[*Enecopia*, *Enkoping*, oppidum *Sueciae*, in *Vp-landia* provincia, prope lacum *Melerum*. 4. leucis *Suecicis* distat ab *Vpsalia* in austrum, & 7. ab *Holmia* in occasum, versus *Arosiam*.]

Ptol. Steph. * Engada, *Engadida* *Plinio*, oppidum fuit *Iudaeae*, in *Palaeztina*, proximum *Sodomis*, apud lacum *Asphaltitem*, ab *Hierosolymis* 300. stadiis, teste *Josepho*, distans. [* manuscripto *Seldeni* *Erud. Sa.*]

Script. Gall. Engeriacum, quod & *Angeriacum* *Turonensi*, *S. Jean d'Angely*, oppidum *Aquitaniae praclarum*, in finibus *Santonum*, à *Santonis* 5. leucis in *Boream* & *Caciam*, à *Rupella* 11. in ortum.

[*Engeriacum*, *S. Jean d'Angely*, oppidum *Santonie*, ad *Voltumnum* fluvium, la *Boutonne*, aliàs ab *hereticis* munitum, sed à *Ludovico XIII.* Rege ejus propugnacula disjecta fuere. 2. leucis distat à *confinio Pictavenis* provinciae.]

Turon. Engolisma, urbs *Aquitaniae* episcopalis sub *Archiepiscopo Burdigalensi*, inde 22. leucis in *Boream*, (vide *Egolisma*) apud *Charantonum* fluvium Ibi,

non longè, fons copiam aquarum in morem fluvij emittens, maximamque truttarum copiam gignens.

[*Engolisma*, seu *Inculisma*, *Angoulesme*, urbs est *Aquitaniae*, aliter *Ratiastum* dicta à quibusdam. Ab ea regio adjacens dicitur *Engolismensis* provincia, l' *Angoumois*, ubi aliàs *Agefinates*, 12. leucis distat à *Mediolano Santonum* in ortum, & 16. à *Lemovico* in occasum. Habet castrum munitum, & gaudet titulo *Ducatus*.]

[*Engolismensis* ager, l' *Angoumois*, provincia *Galliae*, in *Aquitania*, prope *Carentonium* fluvium, inter *Marchiam Lemovicensem* ad ortum & *Santoniam* ad occasum. Urbem habet primariam *Enculismam*.]

Engyum, *Engion* *Silio*, *Gange* *Aretio*, *Lognina* *Diod.* *Fazello*, oppidum *Siciliae*, in finibus *Catanensium*, *Ptol.* inter *Acim* & *Portum Vlyssis*. Sed cum ex *Diodoro* *Engyum*, ubi erat templum *Dearum*, ab *Argyra* 12. mill. pass. distaret; non est in ora littorali, sed potius est *Gange*, pagus in *mediterraneis*, à *Cretensibus* conditus post *Minois* discessum è *Sicilia*. Populi *Enguini* *Ciceroni*. Aliis videtur *Engium*, emporium frumenti, in ora *Leontinorum*: quod *Fazellus* non reprobatur. De eo *Silius* lib. 14.

Romana petivit

Fœdera Callipolis, lapidosique *Engion* artus.

[*Enheimum*, *Ehenheim*, urbs *Germaniae*, in *Alsatia inferiori*, parva, sed libera & *Imperialis*, ad *annem Ergel* dictum. 3. leucis ab *Argentina* in *Africum*, sub clientela *Regis Francorum*, pace *Monasteriensi*.]

Eniensis, populi *Phthiotidis* in *Thessaliae Graeciae* Herod. que *confinio*, per quos *Sperchius* fluvius labitur.

Eningia, *Fünlandt*, teste *Ioanne Gotho*, & *Zie-* *Plin.* *glero*, insula maris septentrionalis, teste *Plinio*, (qua in re *Plinius* deceptus est, cum *Scandinaviam* & *Eningiam* insulas facit) seu verius pars *Scandinaviae*, in ortum & *Boream* vergens; Latino recenti *Finlandia*.

[*Eningia*, seu melius *Feningia* & *Finnigia*, pars *Scandinaviae*, nunc provincia est regni *Sueciae*, *Finnia* dicta *Finland*, inter *Bothnicum* *Finnicum*que sinus posita. Vide *Feningia* & *Finnia*, seu *Finlandia*.]

Enipeus, fluvius *Thessaliae* parvus, ex *Olympo* *strab.* monte profluens, *Pharsalum*que urbem adluens, ac *Liv.* in *Peneum* *Apidano* mixtus delabens, quem *Tita-* *App.* *reso* indigitant, sed malè; nam *Titaresus* fluvius est ab *Enipeo* diversus. Hic *Pompeius* à *Cæsare* victus, *Lucanus* lib. 6.

Apidanus, nunquamque celer, nisi mixtus, *Enipeus*. *Ovidius* lib. 3. amor. elegia 6.

Siccus ut amplecti *Salmonida* posset *Enipeus*. Est & *Enipeus* fluvius *Peloponnesi*, in *Alpheum* labens: *Enipeus* *Straboni*, qui ejus tempore *Barnichius* appellabatur. Vterque apud *Poetas* trisyllabus.

Enisipia, *Isola de Colombi*, teste *Mercatore*, in *insula maris Africi*, *Aegypto* seu *Marmaricae* adjacens. Sed apud *Ptolemæum* non *Enisipia*, ut scribit *Ortelius*, sed * *Ænesippa*, & apud *Strabonem* *Ænesipasta* legitur. [* *Seldeni* manuscriptum *Ann-* *ol. 17. av.*]

Enisis, *Nisi* *Fazello*, fluvius *Siciliae* in ora ad ortum, inter *Messanam* & *Argenum* promontorium mari exceptus, utrinque 12. mill. pass. distans; qui etiam à *Græcis* *Chrysothoas* appellatur, quod aurum deferat. Ibi oppidum cognomen, *Nisa* vulgò, olim sic naturâ munitum, ut ab *Atheniensibus* expugnari non potuerit, teste *Thucidide*.

[*Enisis* amnis est parvus *Siciliae*, in *Kalle Demona*. In fretum *Siculum* cadit ex adverso promontorii *Leucopetra*, *Aretio* & *Fazello* testibus. *Vetusti* vocabu-

li nescio quis auctor est, quamvis Thucydidi hoc tribuat Fazellus.]

Sirab. Enispe oppidum fuit Peloponnesi, Lycaeo monti & Rhipæ finitimum; de quo Stadius libr. 4. Thebaid.

Rhipaque, & Stratia, ventosaque donat Enispe.

Cic. Liv. Strab. & al. Enna, Castro Ioanni, teste Fazello cum aliis, urbs Siciliae, in monte, in insulae umbilico, inter Leontinos ad ortum 48. & Panormum ad occasum 70. mill. pass. templo olim Cereris clara, ab Enno Syracusano condita. Populi Ennenses Ciceroni. Ejus meminit Ovidius libr. 4. fast.

Grata domus Cereri, multas ea possidet urbes.

In quibus est culto fertilis Enna solo.

Hinc Enneus nomen gentis, ut Ennea virgo pro Proserpina, Silius lib. 14.

Tum rapta praecepta Ennea virgine flexit.

[Enna oppidum est Sicilia, in valle Neatina. Illic Proserpinam raptam fabulantur. Ejus arx etiamnum extat, & in ea diu haesit Fridericus secundus. Ei adjacet lacus cognominis.]

Ptol. Enona, Nona, urbs Liburniae episcopalis sub Iaderensi Archiepiscopo, 12. mil. pass. in occasum. Seniam versus 45. ab ea in occasum distantem, in ora littorali, cui Gissa insula objacet. In Thesauro Linguae Latinae in Dalmatia, à qua longissime abest, collocatur. De Enona in 2. lib. Itinerarij sic:

Iam procul ex oculis longèque recessit Enona.

Tum Flannona potens.

[Enona, seu, & melius, Anona, urbs aliàs Liburnorum, nunc in Dalmatia, in ora littorali, probe munita, & undique mari cincta, sub dominio Venetorum. 9. miliaribus distat à Iadera in Boream, & 4. à Gissa insula. Vide Anona.]

Strab. Plin. Enope. Vide Gerenia.

Enosis, insula Sardiniae contra Sulci portum & urbem excisam, Isola di S. Pietro, teste Plinio.

[Enosis, insula parva & oblonga, in ora australi Sardiniae, quae etiam Sulcitana dicta; nunc est isola di S. Antioco incolis, S. Antiochi insula Cluverio, & aliis: habetque in ambitu 25. millia passuum, sed cum una aut altera villula tantum propter piratas. 4. miliaribus distat ab ora proximiori Sardiniae, & 12. in ortum ab insula S. Petri, quae aliàs Hieracum seu Accipitrum insula dicta fuit.]

[Ensisheim, Ensisheim, urbs Germaniae, in Alsatia provincia, ad Hellelum fluvium. Vix 2. leucis distat à Neoburgo in occasum, totidem à Mulhusia in Boream, & 3. à Brisaco in austrum; subestque dominio Francorum pace Monasteriensi. Erat olim caput Langraviatus Alsatie superioris, ubi camera & sedes juridica Brisgavia & Sundgavia.]

Diod. Steph. Sil. Entella urbs Siciliae extincta à Federico Augusto II. ab Entello Trojano Aeneae comite condita in monte, apud Castrum Veteranum, à Iato oppido 12. mil. pass. à Panormo 27. à Thermis urbe in ora australi 20. in Boream Iatum versus, mediàque inter Salemium ad occasum & Iulianam ad ortum 12. mill. nomen adhuc retinens. Silius lib. 14.

Entella Hectoro dilectum nomen Aceste.

Ptol. Entella quoque, fluvius Liguria, Lavagna, cum oppido cognomine, in ora Ligustica, inter Genuam & Segestam Tiguliorum, apud Clavarum oppidum amplum 2. mill. pass. distans, à portu Delphini 9. Populi Entellini.

[Entella, fluvius Italiae, in Liguria, oritur ex monte Apennino, vix 10. miliaribus à Genua; recipitque annem Granvegilia dictum, & postea in mare Mediterraneum cadit inter Clavarum & Lavaniam, in ora orientali Genuensi. Dicitur etiamnum per sepe Entella, ut mihi pluribus significavit Philippus Maria Boninus vir indigena.]

Ptol. Eoa, Oea Plinio & Melæ, oppidum Africae, in

ora littorali, apud Tripolim (ut vocant) Barbariae, Lepide, teste Marnolio, sed fallitur: nam Lepide est Leptis, proxima Tripoli.

Eordæ, Eordi (Leordi etiam scribitur) Straboni, Heordæ Livio, Heordenes Plinio, Eordetes Ptolemæo, populi Macedoniae, in Mygdonia: quorum urbes Scampis & Daulia. [Seldeni Manuscript. Eordæ res.]

[Eordea urbs fuit Macedonia, in Mygdonia provincia, unde regiuncula nomen, quae, teste Brietio, nequaquam est cum Thracica confundenda; eratque prope Axiu fluvium.]

[Eordei populi fuere Macedoniae occidentalis, qui & Eordeata dicti. Eorum urbes Scampis, Lycus, & Daulia, versus Aoum fluvium. Habitant ubi nunc pars Albania mediterranea, quae Tamoriza dicitur, teste Joanne Laurenbergio.]

Eous nomen gentis, apud Poetas praefertim, pro orientalis, sicuti Hesperius pro occidentalis. Propertius libro 2. elegia 3.

Sive illam Hesperius, sive illam ostendet Eois. Ovidius lib. 2. amor. elegia 6.

Psitacus, Eois ales mihi missus ab Indis.

Eous Oceanus, Indicus Dionysio, orientalis Oroplio, qui Asiam ab oriente adluit, Mar del Zur & Mel. Mare Pacifico.

[Eous Oceanus seu Orientalis, vulgò Ocean Oriental seu Indien, aliter mer de la Chine & du Japon, pars est Oceani versus ortum Asia, prope Sinas, Iaponiam, & insulas Philippinas. Sed longè distat in occasum à mari Pacifico & à mari Austrino, del Zur dicto.]

Epaunum, unde Epaunense Concilium, Pau, Lib. urbs Aquitaniae, ad montis Pyrenaei radices, Bearniae Principatus conventus juridicus, inter Eloronam & Lascuram propinquas urbes ad 4. leucas. Ortelius Apamiam (quae Pamiers vulgò dicitur) urbem indigitat. Palum quoque Latine Pau appellatur.

[Epaunum, urbs Galliae, quid sit non constat. Sed non est Pau, urbs Benearniae primaria, quae Palum dicitur. Sunt qui credunt esse Apamiam, Pamiers, in Occitania. Labbeus autem existimat esse Ienne, vicum Sabaudiae, ad Rhodanum fluvium, 2. leucis à Bellico in austrum: & id probare nititur multis argumentis.]

Epea oppidum fuit Peloponnesi, cujus populi Epei Straboni dicti sunt: contra quos Nestor bellum gessit.

[Eperia, Eperies, urbs munita Hungaria ad Tarczam fluvium, versus montem Carpathum & confinia Poloniae, sub dominio Imperatoris, uti Regis Hungariae, in Sarienfi Comitatu. 6. leucis Germanicis distat à Cassovia in Boream.]

Ptol. Epetium, Spezze Sophiano, oppidum Illyrici, in ora Dalmatiae littorali, inter Salonas & Peguntium Epidaurum versus, nunc pagus apud Spalatum urbem (quod quidam ipsum Epetium esse putant ob viciniam, cum à Salonis 13. mill. pass. absit.) Populi Epetini Plinio. In Thesauro Linguae Latinae in Liburnia malè locantur.

[Epetium nunc Zarnouniza dicitur, teste Joanne Lucio; estque ad ostia fluminis cognominis. Fuit civitas prope Spalatum, ut ex tabulis Peutingerianis colligitur: cujus rudera adhuc cernuntur.]

Ephesiorum Portus, Aphosiatin, teste Gyllio, ad Bosporum Thracium, prope Byzantium.

Sirab. Plin. Ptol. & al. Ephesus, Efeso Sophiano, & Figena Turcis, urbs Ioniae maritima, archiepiscopalis & metropolis, amplissima, sub qua 26. urbes episcopales sunt, ab Amazonibus anno 40. à capta Troja condita, cujus Templum Dianae sacrum anno ab urbe condita 385. incensum

incensum est, quo die Alexander Magnus natus est, ab Herostrato, ut hoc facinore famam sibi compararet, Strabone lib. 14. auctore; olim clarissima, & conventus juridicus Ioniae ac Lydiae, nunc vilis effecta, inter Smyrnam ad Boream & Miletum ad meridiem 30. mill. pass. circiter distans. Hinc Ephesus, & Ephesinus nomen gentis. De hac Lucanus libro 8.

*Ipsa per Icaria scopulos, Ephesumque relinquens
Et placidi Colophona maris.*

Ephesios notis quibusdam magicis seu litteris usos, eisdem quibus Cræsus usus est, quod vellent solitos consequi, tradit Eustathius. Vnde adagium natum apud Diogenianum, *Ephesia littera*, de iis qui mira felicitate gaudent, quæcunque optant consequentes. Hic templum Dianæ fuit toto orbe celeberrimum.

[*Ephesus, Efeso, Gallis Ephese, adhuc urbs Asiae minoris, in Ionia, in ora littorali maris Aegæi & sinus Ionij, versus ostia Caystri fluvij. Portu gaudet commodo & arce munita. 25. milliaribus distat à Samo insula in ortum, 20. à Colophonte in meridiem, & 40. à Smirna in austrum; subestque nunc dominio Turcarum. Ibi celebratum fuit Concilium generale tertium anno 431. sub S. Celestino primo Pontifice Maximo contra Nestorium.*]

Bibl. Ephraim, Gibel Ephra, teste Gistello, mons (cum urbe, quæ nunc Hapharcan, teste Masio, dicitur) in Palæstina, Samariam separans à Galilæa.

[*Ephraim, Tribus Iudææ seu Terra promissa, & una ex duodecim, inter Tribum Benjamin ad austrum & Tribum Manasses ad Boream, ad occasum terminatur mari Syriaco, & ad ortum fluvio Iordane.*]

Bibl. Ephrata, urbs Iudææ, eadem cum Bethleem.

Ephra, insula sinus Argolici, cum oppido cognomine; quam Stephanus proximam Melo facit: sed hæc ab illa diversa est.

Strab. Ephra, Corinthus urbs, sic à nympha dicta est. Et Ephra pagus Sicyoniae, ad Selleiuntem fluvium. Et alia ad Cyllenen montem, vicina Oenoæ, ab Elide 120. stadiis, teste Strabone. Meminit Ephraes Ovidius lib. 2. Metamorph.

Argos Amymonen, Ephra Pyrenidas undas.
Hinc Ephraeus, & Ephraeus nomen gentis. Virgilius libro 2. Georgicorum:

Illusas auro vestes Ephraeiæque era.

Ptol. Ephra, opp. Laconia, teste Herodoto. Epiaicum, Papcastle, teste Camdeno, oppidum Albionis, in Cumbria regione regni Anglici, in finibus Brigantium.

[*Epiaicum, oppidulum aliàs Brigantium, nunc Cumbriae provincia. Sedet ad fluvium Derventionem. 3. milliaribus ab ora littorali maris Hibernici distat, 16. à Carleolo in occasum, & totidem ferè à proximiori litore Scotiae in austrum.*]

Ptol. Epicaria, Papadaros apud Galesium in suo Dictionario, oppidum Dalmatiae mediterraneum, apud fines Scodrensiū.

[*Epicaria aliis est oppidum Albania, medium inter Lissum ad Boream & Dyrrachium ad austrum.*]

Thucyd. Epidamnus, quæ & Dyrrachium, Duraz 70, urbs archiepiscopalis Macedoniae maritima, post Trojæ excidium anno 130. condita. Miror in Thesaurō Linguae Latinae Siciliae appellari. Vide Dyrrachium, Lucanus libro 10.

*Ad campos, Epidamne, tuos, ubi solus aperitis
Obsedit muris.*

Populi Epidamni Plauto, Epidamnenis nomen gentis, apud Plaut. in Menæch. & Epidamneus. A damno hanc urbem dictam scribit Plautus ibidem.

Plin. Epidaphne cognominata est Antiochia magna,

urbs Syriae ad Orontem fluvium, à Daphne illius suburbio.

Epidarum, oppidum Cypri mediterraneum, quod nunc Pitarevil pagum dici testatur Stephanus Lufignanus.

Epidaurus, Epidaurum Plinio, *Ragusa*, vel *Ragus*, & Turcis *Dobronicha*, urbs Dalmatiae maritimæ, archiepiscopalis & libera, emporium, cujus cives mercaturam in longinquas terras mari exercent, media inter Naronem ad occasum & Lissum ad ortum, 100. mill. pass. utrinque distans, à Iadera 250. in ortum, inter Venetias 570. & Byzantium in ortum 822. eodem anno quo Dyrrachium condita. Lucanus libr. 2.

- Seu leva putatur

Illyris Ionias vergens Epidaurus in undas.

Hæc circa annum salutis 990. ob excidium Docleæ metropolis effecta est.

[*Epidaurus, Raguse Gallis, urbs est sui juris & Reipublicæ caput, ritus Latini, in ora Dalmatiae, ad mare Adriaticum, cum portu capaci. Probè munita est, cum arce valida S. Laurentij dicta, estque Turcis tributaria. Mirè conquassata fuit & desolata horrendo terræ motu anno 1667. die 6. Aprilis, quo maxima pars civitatis periit. 200. milliaribus distat à Iadera in ortum, 50. à Narone in austrum, vix 450. à Venetiis in ortum, & 700. à Byzantio circiter in occasum. Reipublicæ Ragusinae subsunt urbes Stagnum, Stabium, Tribinium, & Merca in vicinis, cum insulis Melita, Augusta, & aliquot aliis parvi momenti, in mari Adriatico.*]

Epidaurus altera, postea Monembafia, *Malvasia*, urbs archiepiscopalis Peloponnesi, in Laconia, ad initium sinus Argolici, cum insula cognomine, teste Plinio, propinqua, à Malea promontorio 30. mill. pass. in Boream, à Sparta ad 60. in ortum.

[*Epidaurus Limeræ, nunc Malvasia, ubi nobile vinum crescit. Portum habet capacem & munitum. Subest dominio Turcarum, & distat vix 50. milliaribus à Sparta, & 65. à Scylleo promontorio in austrum.*]

Epidaurus item, urbs Peloponnesi, in ora Argiæ ad ortum, in litore, apud Spiræum promontorium & sinum Saronicum, *Esculapio* nunc Sophiano, sic ab *Æsculapij* fano dicta, *Pigiada* Nigro, & *Cheronisi* Sophiano. Aliis Limeræ. Mirus error in Thesaurō Linguae Latinae, hoc oppidum *Ragus* indigitante. Sed *Cheronisi* Cherronesus est oppidulum vicinum, de quo Ptolemæus. Hinc Epidaurius nomen gentis. Ovidius libr. 7. Metamorphoseon.

- tellus Epidauria per te

Clavigeram vidit Vulcani occumbere prolem.
Hinc *Æsculapius*, Epidaurius cognominatus est. Ovidius libro 1. de Ponto, elegia 4.

Afferat ipse licet sacras Epidaurius herbas.

[*Epidij populi fuere Albionis, in Scotia meridionali, versus Hiberniam, ubi nunc Cantyr provincia, prope Clotæ estuarium.*]

[*Epidium, insula Albionis, in ora occidentali Scotia, & una Ebudarum, vulgo Yle dicitur. Habet duo castra & decem vicos, estque circuitus 24. milliarium Scotiarum. 20. milliaribus distat à litore Hibernia in Boream, & 13. à proximiori ora Scotia in occasum.*]

Epidium, promontorium Albionis, in ora Scotiae occidua, quod & Caledonium, *Cantire* Mercatori, ante quod Epidium insula est, una Ebudarum, quæ *Yla*, teste Camdeno, nominatur. Promontorium verò etiam *The Mul of Cantire* ab incolis, teste eodem Camdeno, dicitur.

[*Epidium promontorium The mul of Cantyr dicitur, estque australissimum Scotia, in Cantira pro-*

vincia. 10. milliaribus Scotiis distat ab ora proximi-
miori Hibernia in Cacia.]

Ant. Epiphania, *Mapia*, teste Cuspiniano, sed Nigro
Ptol. Aman esse videtur, urbs Syriae episcopalis sub Pa-
triarca Antiocheno, ad Orontem fluvium, inter
& al. Antiochiam & Damascum, à quo 154. mill. pass. re-
cedit, Arethusa finitima, 16. mill. distans, inter
Emesam 32. & Chalcidem 59. ex Antonini Itinera-
rio, proxima Larissa, & Seleucia ad Belum.

[Epiphania, urbs Syriae, media est inter Antio-
chiam ad Boream & Damascum ad austrum, 80.
milliaribus utrinque, uti 18. à Larissa in austrum, &
70. à Seleucia ad Belum.]

Cic. Epirus, Europae provincia, inter mare Ionium ad
Liv. occasum & Thessaliam ad ortum, ac inter Macedo-
Plin. niam ad Boream & Achaia ad ortum & meridiem.
& al. In Chaoniam, Thesprotiam, Acarnaniam, & Aeto-
liam [quae potius Achaiae regio est] regiones divi-
fa; quae non unum habet nomen, alicubi enim *Lar-
ta*, & alicubi *Ianna* nominatur. Falluntur qui Al-
baniam dici scribunt: cum Albania sit Macedoniae
regio ad occasum. In qua Apollonia, Dyrrachium,
Lissus, & Scodra, ac Eriboea. Vnde error tollen-
dus in Thesaurio Linguae Latinae. Illam à Pyrrho
Achillis filio nominatam scribit Isidorus libro 14.
etymol. Vrbes olim clarae, Nicopolis, Ambracia,
Corcyra. Nunc praestat Ioanna, quae Cassiope vete-
ribus dicta putatur, sedes Satrapae Turcarum. Po-
puli Epirotae. Hinc Epiroticus nomen gentis. Memi-
nit Epiri Virg. lib. 3. Georgicorum:

Et patriam Epirum referat, fortisque Mycenae.
Ovid. lib. 13. Metamorphoseon:

Rura petunt. Epiros ab his, regnatque vati
Buthrotos Phrygio.

[Epirus, regio Graeciae, quae antea Reges habuerat
proprios, postea Macedoniae annexa fuit. Ejus partes
fuerunt Chaonia, Thesprotia, Cassiopia, Acarnania,
Amphilochia, Athamania, Dolopia, & Molossia,
teste Brietio. Nunc sunt Chimera & Larta, non au-
tem Ianna, quae est Thessalia. Tota autem regio perse-
pe dicitur Albania inferior à multis, ad differentiam
superioris, quae propria est; subestque tota dominio
Turcarum, exceptis Corcyra insula & Parga oppido in
continenti Torone aliis dicto, quae subsunt Venetis à
quamplurimis annis.]

Vrbes Epiri hac tempestate:

Acheloum. Chimera, [Chimera.]
Actium, olim colon. [Ca- * Corcyra insula & urbs,
po Figalo.] [Corfu.]
* Ambracia, [Larta.] Dodona.
Anactoria, [Vodiza.] Evoria, [S. Donato.]
Antigonia, [Argiro ca- * Ioanna, & Ioannina,
stro.] metropolis & caput re-
Argos, [perit.] gionis, [Ioannina.]
Buthrotum, [Butrinto.] * Leucas insula & urbs
Cassiope. Vide Ioannina, metropolis, [S. Maura.]
seu Ioanna. * Nicopolis, [Preveza.]

Xenoph. Epitalium, Thryon Homero, & Thryoessa, teste
Strab. Zunchio, teste Nigro, opp. Peloponnesi,
& al. in ora Messeniae, apud Alpheum fluvium: quod Xe-
nophon lib. 3. non Messeniae, sed Elidi tribuit. In
Thesaurio Linguae Latinae pro Messeniae, Mastitiae
legitur.

Herod. Epium, oppidum Peloponnesi, in Arcadiae re-
Plin. gione, quae Triphylia nominatur, inter Macistum
& al. & Heraeam, teste Plinio, quae oppida extare non
credo.

Ptol. Epla, Lovo, teste Nigro, insula parva sinus La-
coni.

Ant. Epoissus, Epusium Gregorio Turonensi, Epusum
lib. Notit. Ivois, teste Ortelio, vel Yvoix, oppi-
dum Belgij, in Ducatu Luxemburgensi, ad Che-

rium fluvium, non longè in Mosam influentem, à
Maceriis urbe Gallica ad Mosam leucis 4. distans, à
Bullonio oppido 4. in meridiem, à Lucemburgo
urbe 12. in occasum. Ivodium Latino recenti.

[Epoissus, seu Ivodium, Yvoix, oppidum Duca-
tus Luxemburgensis, in ipso confinio Campania. Fuit
alias permunitum, sed ejus moenia disiecta fuere ab
Henrico secundo Rege Galliae; deinde cum tantisper
restituta essent ab Hispanis, captum fuit à Gallis an-
no 1640. & ipsis etiamnum subest, pace ad Pyrenaeos
sancita. Vna leuca distat à Mosomio in ortum, ferè
tribus à Stenao in Boream, 3. à Malmedio in occasum,
& 8. à Maceriis in ortum, & Ducatus Cariniani
Gallici titulo nuper insignitum fuit.]

Epomeus, Epopos Plinio, Monte di S. Nicola, Strab.
teste Julio Iazzolino, mons Pithecusae insulae sinus
Puteolani, in Campania.

Epona, nunc Epinaburgum, Pinburg, teste Aven-
tino, Epenburg aliis, seu Biburg, oppidum fuit, nunc
vicus Vindeliciae, in Bavaria, apud Novam Civitatem,
leuca 1. distans in ortum, Abusinam propius acce-
dens. Sed Marcus Welferus ait id esse nomen Deae,
quae ibi colebatur: cum utrunque possit esse verum,
ut locus de Deae nomine vocatus sit. Non longè Ar-
tobrigae rudera, inter Abusinam & Kelhemium, in
altera Danubij ripa, oppida, conspiciuntur.

Epora, Ripepora Plinio, Montoro, teste Mora-
li, oppidum Hispaniae Baticae, à Corduba 10. leu-
cis distans, apud Lucenam.

[Epora aliis est Aldea del Rio, oppidulum Van-
daliitiae, ad fluvium Batim, 8. leucis à Corduba in
ortum distans.]

* Eporedia, Eporedia Plinio, Eporedia Strabo-
ni, Eporedia Antonino, Ivrea seu Hivrea (non
& al. Hiavrea, ut in Thesaurio Linguae Latinae) ubi u
non ut vocalis, sed ut consonans profertur, urbs
Galliae Subalpinae, in finibus Salassorum, ad Du-
riam fluvium, episcopalis sub Archiepiscopo Tauri-
nensi, inde 25. mill. pass. Augustam Praetoriam ver-
sus 30. inde in Circium distantem, à Vercellis quo-
que 25. mill. recedens. [* Exopedia habet manuscrip-
Seldeni.]

Epy. Vide Apy. Stadius lib. 4. Theb.

- Et summis ingestum montibus Epy.

Equabona, Couna, teste Gasparo Varrerio, cum
Montano, oppidum Hispaniae Baticae, in Vandali-
tia, à Corduba 12. mill. pass. ex Antonini Itinerario.
Sed errant; nisi geminum sit hujus nominis oppi-
dum. Nam Equabona, quae Couna nunc dicitur, pa-
gus est Lusitaniae, inter Vlyssiponem & Cetobri-
cam, ad 3. leucis distans.

[Equabona, aliis Aquabona, oppidum fuit Lu-
sitaniae, nunc vicus Couna dictus. Vix 3. leucis Hi-
spanicis distat ab Vlyssipone in austrum Cetobrigam
versus, à qua pari spatio distat. Sed quid sit Equa-
bona Batica, non constat.]

Equestris Colonia, Cologna, & Gallis Coloigne, Plin.
oppidum Galliae Belgicae, in finibus Sequanorum,
inter Allobroges sive Sabaudiam, & Sequanos seu
Ant. Burgundiam Comitatum, à Geneva 4. leucis di-
stans, ab Orgelio urbe Burgundica 5. Aliis est Du-
noy, in Sabaudia, in regione quae Chaboul seu Cha-
blais dicitur. Sed errant. Nam in Sequanis est, non
in Allobrogibus.

[Equestris Colonia, oppidum Sequanorum, varie
ponitur. Cluverio enim & Brietio est Nyon, oppidum
Lemano lacui adpositum, in Romana ditione Bernen-
sis pagi, à Geneva 4. leucis in ortum Lausanam ver-
sus, quod Nevidunum dicitur; estque in Gallia Lug-
dunensi. Aliis autem est Coulonges, burgus Bressia
provinciae, in Gessia regiuncula, ad Rhodanum flu-
vium, prope Clausulas, le Fort de l'Escluse, ex ad-

verso Sabaudie, 4. leucis à Geneva in occasum Lugdunum versus, & 5. ab Orgeleto seu Orgetio in austrum: quod magis probatur.]

Equilium, Iesol, teste Julio Faroldo, cum aliis, urbs Venetiæ episcopalis jam sub Patriarcha Aquileiensi, in ora littorali, ad ostium Anassi fluvij, ab Altinatibus, seu ab Heraclienfibus condita, excisa verò ab Hunnis sub Berengario. Cui Urbs Nova suffecta est, inde 4. mil. pass. in ortum, à Venetiis verò 18.

[Equilium, seu Equilium, oppidum Venetorum, nunc viculus Marchie Tarvisina, Iesol distructo, ubi tantum rudera visuntur, ad ostia Planis fluvij, inter paludes, 4. milliariibus à vico Civitate nova dicto in austrum, & 30. ab ostiis Anassi fluvij in occasum.]

Equotuticum, Foggia Celso Cittadino, oppidum non obscurum Apuliæ Dauniæ, inter Luceriam ad meridiem & Sipontum ad Boream 18. mill. pass. Arpis urbi excisa proximum. Cujus meminit Horatius libr. 1. ferm. sat. 5.

Manfuri oppidulo, quod versu dicere non est.

[Equotuticum, seu Equus Tuticus, oppidum fuit Hirpinorum, nunc Arianum, Ariano, urbs regni Neapolitani, in Principatu ulteriori, in colle, ad radices Apennini montis, & 12. milliariibus à Benevento in ortum, Sansone & Brietio testibus, quidquid dicitur in contrarium Celsus Cittadinus.]

Eraconium Flavium oppidum Hispaniæ Tarracoenfis fuit, in Callaicis, ab Asturica 30. mill. pass.

[Eratum, seu Heraclum, oppidum Bastarnarum, in Germano-Sarmatia, teste Ptolemeo, nunc Row, oppidum Poloniae, in Podolia provincia, ad amnem Morawen in Tyrum delabentem, teste Cluverio.]

Erasinus Rasno, fluvius Peloponnesi, à Poëtis memoratus, in Argia regione; (non in Achaia, ut in Thesaurio Linguae Latinae) per quam ex Stymphalide palude in sinum Argolicum decurrens, alicubi sub terram conditus, rursus, Plinio teste, emergit. Est & alter hujus nominis fluvius, teste Strabone, in Arcadia oriens, ac in sinum Corinthiacum apud Buram oppidum influens. De priore Ovidius libr. 15. Metamorphoseon:

Redditur Argolicis ingens Erasinus in agris.

Alius item Straboni in Eubœa, apud Eretriam fluens.

[Erasinus, fluvius Argie versus fontes Stymphalus dictus, posteaquam cuniculo haustus est, rediens dicitur Erasinus, Erasino hodie; deinde in Inachum fluvium cadit, & cum ipso in Argolicum sinum.]

Erbeffus. Vide Herbeffus. oppidum Siciliae, olim Romanorum granarium.

Erbita, Nicosia Aretio & aliis, urbs non obscura Siciliae, ab Enna paulò supra 12. mill. pass. distans in occasum & Circium, quot ferè à Trojanopoli in austrum. Sed Fazello est Cittadella, oppidum, ab Enna ad 12. mill. pass. in austrum Plutiam versus. Nigro verò est Chiazza oppidum, à Cittadella 6. mill. aliis Piazza. Cum tamen Piazza Pautia veteribus dicta sit. Scribitur & Erbita cum aspirat. Populi Herbitenses Ciceroni.

[Erbita, seu, & melius, Herbita, nunc Nicosia Cluverio ex Diodori Siculi situ, oppidulum Siciliae, in colle, in provincia seu Valle Demone dicta, prope Simethum fluvium & Hereos montes.]

Ercyna, fluvius Bœotiae, juxta Lebadeam urbem fluens.

Ercynia, sylva ingens Germaniæ. Vide Hercynia. Ercyna à Claudiano causa metri dicta in 4. conf. Honorij:

Basterne venere Duces; venit accola sylva
Bructerus Ercyna.

[Erdini populi fuere Hibernia, in parte Boreali, ubi nunc Comitatus Cavonensis & Fermanagensis, in Vltonia; ubi etiam Erdinus lacus, Loug Erno, ex regione feraci factus.]

Erdonia, Herdonia Straboni, & in aliis libris Cerdonia, Hordogna, oppidum Apuliæ Dauniæ excisum, diversorium nunc nomen antiquum conservans, inter Asculum urbem & Ceriniolam oppidum 10. mill. pass. occurrens. Miror in re tam manifesta errare Marium Nigrum & Celsum Cittadinum, quorum prior Erdoniam Cerignola, alter la Cedogna indigitat. Locus inter Æcas ad occasum 18. & Canusium ad ortum 26. mill. distat. Vide Herdonia.

[Erdonia, seu Ardonea, oppidum aliàs Apuliæ Dauniæ, nunc vicus est provinciae Capitanate, ad Cerebalum fluvium, 10. milliariibus à Bovino in ortum, 8. ab Asculo in Boream, & 15. à Cidiniola in occasum.]

Erebus, fluvius inferorum, de quo Virgilius libro 6. Æneidos:

Erebi tranavimus amnem.

Eremus Helvetiorum, Kleck gov, teste Ægidio Scudo, tractus Germaniæ superioris, in territorio Basileensi, in Alsatiæ confinio.

Eressus, Cidonia, teste Nigro, urbs Lesbii insulae, episcopalis sub Archiepiscopo Mitylenensi, quæ adhuc à Græcis Eriissi nominatur, patria Theophrasti.

Eretanus, Rerone, teste Leandro, fluvius Venetiæ, per agrum Vicentinum fluens, ac ad Vicentiam urbem Medoaco minori, seu Bacchilioni congregiens, optimasque anguillas gignens.

Eretria, * Eretria Ptol. Varia ex tabulis recentibus, oppidum Thessaliæ, in Phthiotide, Heracleæ, seu Trachini proximum. Est & Eretria urbs, olim clara & episcopalis Eubœæ, in ora, contra Oropum oppidum Atticæ, nunc Rocho Moletio, à Chalcide 20. mill. pass. in meridiem. Ab Eretrio Phaetonis filio, unoque ex Titanibus nomen habet. [* Eretria, in manuscripto Seldeni.]

Eretum (non Eratum, ut in Thesaurio Linguae Latinae) Monte Ritondo Volaterrano & Hermolao, oppidum Sabinorum, apud Tiberim, in via Salaria, ubi ea Nomentanæ conjungitur, ab urbe Roma 18. mill. pass. Cujus meminit Virgilius libr. 7. Æneidos:

Ereti manus omnis, oliviferaeque Mutusca.

[Eretum, monte Ritondo, castrum Sabinorum, in Italia, in dirione Pontificia, in colle, 2. milliariibus à Tiberi fluvio, & 12. à Roma in Boream. Palatium habet splendidum, estque Ducatus titulo insignitum Maphæi Barberini Principis Prænestes.]

Erfordia. Vide Erphordia, quæ & Erfurtum dicitur. De ea libro 4. Itinerarij Germaniæ:

Orta dies, adeo validos Erfordia muros
Ostentat, spatij que tantum amplectitur una,
Quantum vicinis non in regionibus ulla.

Ergasteria, vicus Troadis, in finibus Pergamenum, inter Pergamum & Cyzicum, inde 55. mill. pass. teste Galeno.

Ergavia, Ygualada, teste Marineo Siculo, oppidum amplum Hispaniæ citerioris, in Catalaunia, à Barcinone 9. leucis, inter Minorissam & Ilerdam, à Monte Serato 3. à Servaria 7. Licet Ptolemæus illud cum Terraga in finibus Vasconum describat.

[Ergavia, oppidum Lacetanorum, quibusdam est Ygualada, oppidum Cataloniae, quod ab aliis Anabis dicitur, 12. leucis à Barcinone Ilerdam versus. Quidam autem Ergaviam cum Ergavica confundunt.]

Ergavica, Alcaniz Moletio & aliis, oppidum amplum Hispaniæ Tarraconensis, in Celtiberis & regno Aragonio, à Cæsaraugusta 16. leucis, olim urbs episcopalis sub Archiepiscopo Tarraconensi. Sed

Morali est pagus *Penna escrita*, vel *Santaver*, in regno Toletano.

Plin. Erginus, fluvius Thraciæ, in Propontidem inter
Mel. Athyram & Bathinium amnes influens.

Ptol. * Eribœa, Croia Moletio & aliis, urbs Macedo-
Polyen niæ archiepiscopalis & Albanæ regia sive caput, in Parthiæ, cum monte cognomine, inter Dyrrachium, & Deborum (nunc Dibrim) in Ortum vergentem ad 50. mill. pass. Aliis *Prespa* dici putatur. [* *Beolæ* in Seldeni manuscripto.]

Ptol. Ericis portus, l' *Erick*, & *Lerice*, oppidum Ligu-
Anton. riæ, in ora, ad ortum postremum, ad portum Lunæ, ab ipsa Luna urbe apud ostia Macræ excisa 3. mill. pass. quot à Sarzana urbe, quæ Lunæ successit, à Spetia 5. è regione Portus Veneris, à quo 3. mill. versùs Lunam in ortum abest, à Genua verò 60. In Thesaurò Linguæ Latinæ cum Delphini Portu confunditur, ab hoc longè diversus & distans.

[*Ericis portus*, *Lerice*, castrum est cum portu in ora orientali sinus Spetia, in ora orientali Genuensi, 4. milliariibus ab arce S. Maria in ortum, uti 45. à Portu Delphino distans.]

Strab. Ericusa, Ericodes Ptolemæo, Ericussa Stephano,
Plin. Alicur Leandro & aliis, insula Siciliæ, una Æo-
& al. liarum, à Lipara 15. mill. pass. in occasum, circuitu minor, à Phœnicusa 5.

[*Ericusa*, insula maris Tyrrheni versùs Siciliam, 20. milliariibus distat à Lipara, & 7. à Phœnicusa in occasum, 30. autem ab *Vstica* in ortum. Habet tantum aliquot tuguria.]

Plin. Ericusa altera, insula parva maris Ionij, apud Pa-
xas, Corcyræ proxima. Cujus meminit Poëta quidam lib. 2. Itinerarij:

Affiduo collisa vadis Ericusa marinis.

[*Ericusa est insula maris Ionij, quæ nunc Pachus dicitur, seu Paxa major, ad austrum Corcyræ insule, & vix 12. milliariibus ab ora littorali Epiri in occasum, sub dominio Venetorum, à quibus concessa fuit Pargensibus Epirotis, ut in iis armenta sua nutrent.*]

Polyb. Eridanus Græcis, Latinis Padus, fluvius Italiæ
Plin. maximus, ex Vesulo monte in Alpibus Cortiis oriens,
& al. ac per Galliam Cisalpinam, eam in Cispadanam & Transpadanam dividens, longo tractu fluens, in mare Adriaticum 7. ostiis exonerat. De quo Ovidius lib. 2. *Metamorphoseon*:

Excipit Eridanus, fumantiæque abluit ora.

Virgilius in *Georgicis* lib. 1.

Fluviorum Rex Eridanus, camposque per omnes.

[*Eridanus*, Rodaun, amnis Polonia, in Prussia Regia, ex lacu exoriens 25. mille pass. supra *Dantiscum*: Ibi in *Vistulam* fluvium cadit, & deinde paulo post cum ipso in mare Balticum labitur, Cluverio & aliis testibus.]

Liv. Erigonus, Erigon Straboni, *Vistrizza* Sophiano,
Ptol. fluvius Macedoniæ ex Illyricis montibus profluens, ac per Pæoniam fluens, in Axiium fluvium excipitur.

[*Erigonus*, seu *Erigon* fluvius, oritur in Pæonia supra *Deborum*, deinde per *Dessaretios*, *Deuriopes*, & *Emathiam* fluens, auctus *Rhœdia* & aliis multis fluviolis, infra *Adessam* in *Axiium* cadit.]

Steph. Erimum, sive, ut alij codices habent, Erinum,
Regina, teste Barrio, oppidum Brutiorum, in Calabria citeriori, medium inter Consentiam & Besidianum, ad 10. mill. pass. distans. Vide Herinum.

Plin. Erineus, Erinæus Diodoro, una ex 4. urbibus Do-
Ptol. ridis, in Achaia, sub monte Parnasso. Ceteræ Bœon,
Paus. Cytinion metropolis, & *Lilæa*.

& al. Erineus, Orinus Ptolemæo, *Miranda* Fazello &
Thucyd. Aretio, & intus *Finne di Noti*, fluvius Siciliæ,

per Neetum & illius agrum fluens, ac in mare inter Syracusas & Pachynum apud Longum promontorium exiens.

[*Erineus*, *Miranda*, amnis est parvus Sicilia, in valle *Neatina*. In mare Ionium se exonerat, 12. milliariibus à *Neato* in *Boream*.]

Eris, fluvius Brutiorum, qui apud Terinam oppidum in Terinæum sinum influit. Vide *Ocinarus*. Lycoph.

Erithini, sive Erythini, scopuli Ponti Euxini, apud oram Bithyniæ, in Paphlagoniæ confinio, qui *Farnasu* nunc, teste Bordonio, dicuntur. Strab. Ptol. Steph.

Ermæa, sive Hermæa, insula parva Sardinæ, in ora orientali, quæ *Molara* Pineto, & aliis *Tolara* nominatur. Ptol.

[*Ermæa*, seu, & melius, *Hermæa* insula, quæ & *Mercurij* insula, nunc *la Tavolara* dicitur; estque in ora orientali, ubi incipit *Borealis*, prope *Columbarium* promontorium. Satis est fertilis, sed incolis caret propter frequentes piratarum excursiones.]

Ermione, Hermione Straboni & Thucydidi, *Castri Sophiano*, aliis *Maria*, oppidum Peloponnesi, in ora Argiæ, ad sinum Argolicum, inter *Naupliam* urbem & *Scyllæum* promontorium. Virgilius in *Ceiri*. Ptol.

Hinc sinus, hinc spatium contra patet *Ermionea*. Vide *Hermione*.

[*Erno*, *Lough Earne*, lacus Hiberniæ, in *Ultonia* & in Comitatu *Fermanagensi*, qui ab antiquis *Erdinus* dictus fuit; estque duplex, & in confinio *Connacia* regionis.]

Ernodorum oppidum fuit Galliæ Celticæ, in finibus *Biturigum*, (non *Carnutum*, ut scribit *Ortelius*) inter *Avaricum* 13. & *Argentomagum* 27. mill. pass. ex *Antonini* Itinerario. Ant.

[*Ernodorum* quibusdam est *Issoudun*, urbs Galliæ, in provincia *Bituricensi*, quæ Latino recenti *Exelodunum* dicitur.]

[*Ernolatia*, oppidum Norici, ubi nunc vicus *Hall*, in *Austria* superiori, ad fluvium *Krems* dictum, teste *Cluverio*, 6. leucis Germanicis distat à *Lentia* in austrum.]

Eroge, locus Iudææ circa Hierosolymam, ubi mons scissus est, & ad 4. stadia loco dimotus, teste *Iosepho*. Ioseph.

[*Erpachium*, *Erpach*, castrum Germaniæ, in *Franconia* & in tractu dicto *Othonis* sylva; unde regiuncula adiacens dicitur *Comitatus Erpachiensis*, proprio parens *Comiti*, & ferè medium inter *Rhenum*, *Mænum* & *Necarum* fluvios.]

Erphordia, & *Hercinophordia*, *Erfurdt*, urbs maxima Germaniæ, *Thuringiæ* caput. Vide *Bicurgium*.

[*Erphordia* seu *Erfordia*, *Erfurdt* incolis, *Erford* Gallis, urbs ampla & munita Germaniæ, ad fluvium *Ieram*, & regiuncula ad instar, antea *Mergisburgum* dictum à *Meroveo* Francorum Rege, *Academia* sua illustris & arce *S. Ciriaci* dicta, *Ciriaburg*, antea sui pene juris; sed ab *Electore Moguntino* vindicata, ipsi subest ab anno 1664. ope Gallorum. Vix 3. leucis distat à *Vimaria* in occasum, uti 5. ab *Iena*, 3. à *Gotha* in ortum, & 14. à *Lipsia* in occasum.]

Erpis, *Macarmeda*, teste *Marmolio*, oppidum Mauritanæ Tingitanæ mediterraneum. Ptol.

[*Erpis* seu *Herpis*, oppidulum nunc est regni *Fezzæ*, in *Errisis* provincia, juxta fluvium *Nocor* dictum, ad pedes montium; & *Mernisa* à quibusdam vocatur. *Macarmeda* autem est aliis oppidum *Fezzæ* provincie, 6. leucis à *Fezza* in *Caciam*.]

[*Erquicum*, *Erquico* seu *Ercoco*, urbs Africa munita, in *Abassinia*, in ora littorali maris *Erythrei*, cum portu capacissimo & admodum frequenti, 100. circiter leucis Gallicis à *Suacheno* in austrum; estque

rotius illius ora emporium. Dicitur etiam ab aliis Ar-
quicum, & aliàs Adulis dicta fuit.]

[Errifis, Errif, provincia regni Fezza; in Afri-
ca, versus oram maris Mediterranei, inter Hasba-
tam provinciam ad occasum & Garetam ad ortum.
Ibi urbes alicujus note Gomera, Velitia, & Me-
zemma, in ora maris Mediterranei.]

Ant. Erroris Insula, Alboran, five Albusama, teste
Ortelio, insula maris Africi, inter Carthaginem no-
vam & oram Mauritaniae Caesariensis.

[Erroris insula, Alboran Europaeis, insula parva
& oblonga Africa, in ora regni Fezza & provincia
Garrate, ex adverso promontorii Trium Furcarum, à
quo vix distat 4. leucis in Boream, habetque tantum
aliquot vicos cum castro contra piratas.]

Auson. Erubris, five, ut alij codices habent, Erubrus,
Rober, teste Ortelio, fluvius Germaniae superioris,
seu Galliae Belgicae, per Lotharingiam in Mosellam
influens. Aufonius edyl. 10.

Terapidus Gelbis, te clarus marmore Erubris.

Plin. Eryannus, qui & Eryanos legitur, fluvius Troa-
dis, unus ex iis qui ex monte Ida profluunt.

Plin. Erymanthus, Dimixana, teste Nigro, fluvius,
mons, & oppidum Arcadiae, in Peloponneso. Op-
pidum Tegeae finitimum, mons cupressis abundat,
fluvius ex monte scatenus, in Alpheum defertur. De
eo Virgilius libro 5. Aeneidos:

Concidit, ut quondam cava concidit aut Erymantho,
Aut Ida in magna radicibus eruta pinus.

Mons apris abundat: ubi Hercules aprum illum im-
manem & furiosum interfecit.

Strab. Erythea, five Erythia. Vide Gades.

Plin. Erythia, Barlinguas Henrico Coquo, insulae Lu-
sitaniae, in ora occidua, inter ostia Tagi & Mundae
fluminum, 12. leucis utrinque, quas Mela Geryo-
nem habitasse refert.

[Erythia quid sit non constat; Barlinga enim aliàs
Londobris dicta fuit. Vide ibi.]

Strab. Erythra, Colire Nigro, Stolar aliis, urbs Ioniae
episcopalis sub Archiepiscopo Ephesino, apud Arge-
num promontorium, inter Clazomenas & Teon pro-
ximas urbes, Erythraea Stephano, Sibylla Erythraea
celebris. Statius lib. 7. Theb.

Talis erat: dites pecorum comitantur Erythrae.
Hinc Erythraeus nomen gentis. Claudianus in 6.
conf. Honorij:

Inter Erythraeos surgentia colla smaragdos.

Fuerunt & Erythrae oppidum Achaiae, in Bœotia,
ad Cithæronem montem & oppidum Theffaliam,
ad Peneum fluvium: de quibus Strabo, Plinius,
Thucydides.

Strab. Erythraeum mare, quod Arabiam felicem ad or-
Arrian. tum, inter duos sinus, Arabicum & Persicum, al-
luit, Rubrum à Latinis dictum: ab Erythro Rege
Persei filio nomen habens. In eo gemmae leguntur
pretiosae. Tibullus libro 3. elegia 3.

Quidve in Erythraeo legitur qua littore concha.

[Erythraeum mare seu Rubrum, aliter Arabicus
sinus, Asiam ab Africa separat, & extenditur in-
ter Arabiam ad ortum, & Trogloditicam & Aegyptum
ad occasum, nunc vulgò mer Rouge & mer de la
Mecque Gallis, mare Rosso Italis. Arabes vocant
Bahar Corzum. Aliis autem Erythraeum mare est pars
Oceani, inter oram Carmaniae & Aromata promon-
torium, inter sinum Persicum & sinum Arabicum;
diciturque nunc Oceanus Arabicus, mer d'Ar-
bie.]

Procl. Erythron Furcelli, teste Marmolio, pagus Cyre-
naicae, in ora, inter Apolloniam ad occasum & Dar-
danidem ad ortum.

Strab. Erythros, locus apud Tybur urbem Latij, qui &
Rubra saxa nominatur, teste Strabone,

Eryx, monte di S. Giuliano, mons & urbs Siciliae, Polyb.
à conditore paulò ante Dædali adventum in Siciliam Strab.
nomen habens, in ora Boreali & occidentali, apud Thucyd.
Drepanum urbem, ab ea 2. mill. pass. distans intror- & al.
sum. Ibi templum erat Veneris Erycinae celeberrim-
um. Populi Erycini Ciceroni. Virgilius libro 5.
Aeneidos:

Tunc vicina astris Erycino in vertice sedes.

Fundatur Veneri Idalia.

[Eryx oppidum fuit Siciliae, nunc vicus vallis Ma-
zara, Trapano del monte dictus; ob incolas Drepa-
num translatos, à quo vix 3. milliariibus distat in or-
tum. Mons autem cui insidet monte di S. Giuliano
dicitur.]

Esapus, fluvius Asiae. Vide Aesapus. Vnde Esapius
nomen gentis, uti apud Valerium Flaccum libro 3.
Argon.

Ampycides petit adversis Esapia sylvis.

Esar, five Eser Ptolemæo, fluvius Meroes insulae Plin.
Aethiopiae sub Aegypto. Prob.

* Esbus, Sabasant, ut nonnullis videtur, oppidum Plin.
Iudaeae, inter Sebasten urbem Samariae, & Emmaum Prob.
urbem Iudaeae propiorem. Vide Eschon; nam videtur
idem. Esbus adhuc Masio. [* In manuscripto Selde-
ni 2166.]

Escamus, Ischar, fluvius Mysiae superioris, in in- Plin.
ferioris confinio, in Istrum per Bulgariam influens.

[Escos, Sconga, oppidum Vindeliciae, in Germania,
ad Lichum fluvium, 24. mill. pass. à Campoduno.
nunc in Bavariae Ducatu, 9. leucis Germanicis ab
Augusta in austrum, & totidem à Monachio in
Africum distat.]

Escua, * Esbua fortè Ptolemæo, vel Osca, (quod Plin.
magis probatur) Huesca, Huescar, & Guescar,
urbs Hispaniae Bataicae, & in regno Granatenfi, apud
fines Murcienfis regni, inter Basti ad meridiem &
Ventam Moralem ad Boream 7. leucis, ab Acci II.
In Thesaurio Linguae Latinae non bene in Hispania
Tarraconensi reponitur. [* In Latino codice Escua,
in Palatino Eoxova, quod in Seldeni manuscripto
Eoxva.]

[Escua, seu, & melius, Osca, oppidum aliàs
Hispaniae Tarraconensis, in Bastitanis, in confinio
Bataicae, nunc Huesca dictum, in regno Granatenfi,
in confinio Castelle nova & Murciae, inter Bastim in
Africum & Carcam seu Caravacam in Caeiam. Pau-
cis constat incolis, ad pedes montis Orosbede.]

[Escuriale, seu Escuriacum, l'Escorial, vicus
Hispaniae, in Castella nova, 7. leucis à Madrido, ubi
Philippus secundus Hispaniae Rex magnificentissi-
mum monasterium excitavit cum insigni Ecclesia, S.
Laurentio sacra, quòd die S. Laurentij anno 1557.
Gallos ad Fanum S. Quintini vicisset aperto Marte.
Vfus est opera Ludovici de Fuxio Parisiensis Archi-
tecti eruditissimi, & in eo nihil ad divitias, ad splen-
dorem, & ad ornamentum deest. Ibi etiam inest Re-
gum Hispaniae recentiorum Mausoleum in sumptuo-
sa Capella Pantheon dicta; ita ut aedificium illud ab
Hispanis dicatur octavum orbis miraculum. Quòd si
Reges Galliae toties splendidissima aedificia excita-
sent, quoties Hispanos & alios praelio superarunt &
in signi clade affecerunt, quot miracula orbis essent in
Gallia.]

Esdrelon, Campo di Faba, teste Brocardo cum Bibl.
Petro Laiestainio, campus Palaestinae, cujus plani-
cies longa est 30. mill. pass. lata 18. Circumstant il-
lum Samaria ad austrum cum monte Ephraim, ad or-
tum lacus Genefara, ad occasum mons Carmelus, ad
arctos mons Libanus.

Eschon, fluvius Moabitarum, in Palaestinae & Hefych.
Arabiae petrae confinio, & urbs Amorrhæorum, Bibl.
Esbuta Ptolemæo, ut aliquibus videtur, Esbus

nunc, teste Andrea Masio Masio. Sed hæc Efbus est Ptolemæi.

Cic. Efernia, Æfernia Ptolemæo, *Sergna*, colonia
Liv. Samnij, urbs episcopalis sub Archiepiscopo Capua-
Plin. no, inde sup. 40. mill. pass. in Comitatu Molifino,
inter Venafrum ad occasum 10. & Boianum ad or-
tum 20. à Telefia ferè totidem in Boream. Vide Æ-
fernia. De ea Silius libro 3.

*Et quos aut Rufra, aut quos Efernio, quosve
Obscura incultis Herdonia misit ab agris.*

[*Esguillonium*, Eguillon seu Aiguillon, quod for-
san melius, oppidum est Gallie, in Aquitania & in
Agennensi provincia, Ducatus titulo insignitum, ad
confluentes Oldi in Garumnâ, 4. leucis infra Agin-
num. Vide Aiguillonum.]

Anten. Esia, (vide Æsia) Oyse, fluvius Gallie Belgicæ.
Efigus, Lelise Mercatori, oppidum Africae, in
Mauritania Cæsariensi, inter Tipasam & Cirtam ad
30. mill. pass. Sed Sigus habent alij codices.

Plin. Esis (vide Æsis, sic enim scribitur aliis.) Hic flu-
Mel. vius apud Ravennam (à qua plurimum distat) ma-
lè in Thesauro Linguae Latinae locatur.

[*Eskia*, Eskedale, regiuncula Scotia, in confinio
Angliae, à fluvio Eskâ sic dicta, prope Cumbriam
provinciam, & inter Anandiam ad occasum & Lides-
daliâ ad ortum.]

[*Eslinga*, Esling, urbs est Germania Imperialis &
libera, ad Necarum fluvium, in Ducatu Vvirtem-
bergenfi, una leuca à Stugardia in ortum. Est parvi
circuitus, & malè habita fuit ultimo bello Germani-
co. Dicitur etiam Ezelinga. Vide ibi.]

Strab. Esopis, supercilium montis, in quo Locri urbs
magnæ Græciæ constructa erat.

P. Vict. Esquilæ, & Esquilinus mons, monte di S. Maria
maggiore, teste Marliano cum aliis, unus ex 7. urbis
Romæ collibus. Vide Exquilæ: nam utroque modo
apud Ovidium & alios auctores veteres scribitur &
legitur. Ovidius lib. 6. fast.

Ipsæ sub Esquiliis, ubi erat sua regia, cæsus.

Procop. Esquilina Porta, Porta di S. Lorenzo, teste Marli-
ano cum Andrea Fulvio & aliis, una ex portis urbis
Romæ, quæ & Prænestina nominatur, quòd ab urbe
Roma Præneste urbem usque deducit. Appellatur
etiam Porta Maggiore.

[*Esquilina*, porta Roma, nunc clausa est, teste
Famiano Nardino; eratque inter Portam S. Lauren-
tij & Portam Majorem in Exquiliis.]

Plin. Essedones, qui & Issedones, populi Scythiæ extra
Mel. Imaum montem. Vide Issedon: quæ est metropolis
Ptol. ipsorum. Hi cadavera parentum discerpunt, & aliis
carnibus permista comedunt: ossibus verò capitum
auro ornatis pro poculis utuntur, teste Solino. Illos
Mela inter Mæotim paludem & Arimaspos longo
tractu incolentes locat. [* *Issedones* in manuscripto
Seldeni.]

[*Essequebia*, Essekebe, fluvius America meridio-
nalis, & ex præcipuis Guianæ regionis. Oritur versus
lacum Parimaum; & auctus plurimis fluminibus, in
mare Boreale se exonerat in Caribana regione & ad
ortum Orenoci fluvij. Dicitur Esquib ab Hollandis,
qui aliquot colonias habent in eo tractu.]

Cas. Essui, populi Gallie Celticæ, quos variè indigi-
tant: Alij *Bessin*, in Normannia, alij *Seez*, urbem
eiusdem regionis, alij *Eu*, oppidum Comitatus Pi-
cardiæ, alij *Aeth*, oppidum Hannoniæ. Sed *Aeth* &
Eu cum sint in Gallia Belgica, Essui verò in Celtica
proximi Armoricis à Cæsare describantur, nulla ra-
tione Essui dici possunt: sicuti nec *Retelois*, Comita-
tus in Campania.

[*Essui*, populi Gallie, qui, & melius, *Sessui*, po-
puli fuere ubi *Vagoritum*, nunc *Sagium*, *Seez*, in
Ducatu Normannia. Vide *Sessui*.]

[*Estella*, Estella, urbs parva Hispania, in regno
Navarra, cum castro, ad Egam fluvium, ubi recipit
Vrederum amnem. Ab ea regiuncula adjacens dicitur
Merindada de Estella. 7. leucis distat à Calaguri in
Boream, & 6. à Pompeiopoli in occasum. Dicitur
etiam Stella. Vide ibi.]

[*Esthonia*, Esten, Livonia pars septent. in Suecia
regno à plurimis annis. Ejus partes sunt Esthonia pro-
pria, Vicheslandia, Alentakia, Viria, Haria, Ier-
via, & Oldenpoa. Ejus urbes præcipue sunt Felli-
num, Revalia, Pirnavia, Torpatum, Hapselia,
& Lehalium.]

Estiones, vel Hestiones, Estnig, & Eschenloch, *Strab.*
vel Escenlog, teste Lazio, populi Helvetiorum, quos
Ægidius Scudus *Estnerberger* interpretatur: cui tan-
quam indigenæ magis fidendum videtur.

[*Estiones* fuere populi Vindeliciæ, in valle Ilari
fluvij, inter Brigantios & Licatios, quod verisimilius,
teste Cluverio, nunc ubi pars Suevia, versus lacum
Brigantinum.]

Estola, *Esia*, fluvius Hispaniæ Tarrconensis, ex
montibus Asturum in meridiem per Legionem ur-
bem fluens, ac in Durium apud Mirandam urbem
Portugallicam immittens. *scrip. Hisp.*

[*Estola* fluvius oritur in confinio Asturia, dein-
de Legionem rigat & Beneventum; & postea aliquot
auctus rivulis, in Durium se exonerat inter Senticam
& Mirandam.]

[*Estotilandia*, Estotilande, regio per ampla America
septentrionalis, versus terras Arcticas & Eretum
Hudsonium ad Boream Nova Francia. Dicitur aliter
Terra Laboratoris, Terra do Labrador, seu nova
Britannia ab Anglis; estque tantum detecta versus
oram littoralem.]

Esulæ, Æsulum Paterculo, locus apud Tybur ur-
bem, in Latio, teste Acrone, inter illud & Tuscu-
lum. Est & Esula, quæ etiam Asyla apud Græcos,
vulgò *Isola*, urbs magnæ Græciæ littoralis, in ora
Calabriæ ulterioris, episcopalis sub Archiepiscopo
Siberenensi, inde 12. mill. pass. inter Crotonem &
Lacinium promontorium, à Crotone 8. mill. in au-
strum. De Esulis Horatius libro 3. carm. 29.

*Ne semper udum Tybur, & Esula
Declive contempleris arvum, &*

Esuris, Xerez, teste Andrea Resendio, olim op-
pidum, nunc pagus Hispaniæ Lusitanicæ, in Bæticæ
confinio, apud ostia Anæ fluvij, à Balsa urbe 4. leu-
cis in ortum, apud Ayamontem oppidum. *Ant.*

[*Esuris* quibusdam est Faro, urbs munita Hispani-
æ, in Algarvia, cum portu, prope Cuneum pro-
montorium, 9. leucis Hispanicis ab ostio Anæ in occa-
sum distans.]

Etelesta, oppidum Hispaniæ Tarraconensis, in *Ptol.*
Carpetanis. Vide Ecelesta, & Egelaste.

Eteonos, oppidum Bæotiæ, apud ostia Afopi *Strab.*
fluvij, quod & Scarphia, uti & hodie nominatur,
Stadius libro 7. Theb.

Qui Scolon, densamque jugis Eteonon iniquis.

Eteta, fortè Egeta Ammiano, Rocana nunc, teste *Ptol.*
Nigro, oppidum Mysiæ superioris, in inferioris
confinio.

Etheleum, Æthalois Straboni, fluvius Asiæ, ter-
minus Mysiæ & Troadis. *Plin.*

Etocetum, *Vttokcester*, vel *Vtcester*, teste * Cam-
deno, oppidum Albionis, in Anglia, à Benaventa
45. mill. pass. apud Staffordiam oppidum. [Camde-
nus de *Vtcester* errasse se fatetur, & tandem invenisse
Etocetum esse locum juxta Lichfeldiam, quem *the
Vvall* vulgariter vocant, à mænium reliquiis ibi
reperitis.] *Ant.*

Etriculum, *Lataraco*, teste Barrio, oppidum Bru-
tiorum, in Calabria citeriori, inter Lampetiam &

Dampetiam, & 6. mill. pass. quot à Marcopoli. Vide Hetriculum.

Etruria, Hetruria Plinio, Melæ, & aliis, quæ & Thuscia sive Tuscia, (utroque enim modo scribitur apud veteres) provincia Italiæ notissima, & clarissima; longa inter Macram à Liguria disterrimantem ad occasum, & Tiberim fluvium ad ortum, à Latio, Sabinis, & Umbria dividendam, 284. mill. pass. teste Plinio, lata inter Apenninum montem, à Gallia Togata, sive Æmilia, ad Boream distinguentem, & Tyrrhenum pelagus ad meridiem terminantem, vix 100. mill. ubi maximè Apenninus à littore recedit. De ea Virgilius libro 8. Æneidos:

Ergo omnis furis surrexit Etruria justis.

[Etruria, quæ Hetruria & Tuscia, Toscana, Gallis la Toscana, pars est Italia. Subest pro majori parte dominio magni Ducis Etruriæ, ubi agri Florentinus, Senensis, & Pisanus. Ejus caput est Florentia ad Arnum fluvium; & anno 1569. ex Duce Florentia & Senarum creatus fuit magnus Dux Etruriæ, primus Cosmus Medices à Pio Papa quinto. Pars autem minor subest dominio Summi Pontificis, ubi provincia Patrimonij S. Petri, Ducatus Castrensis, ager Orvietanus, & ager Perusinus. Dicitur melius Hetruria. Vide ibi.]

Tac. Etruriæ promontorium, Etruriæ caput Catoni, Argentarius mons Rutilio, Monte Argentaro, mons Thuscia, in mare inter Portum Herculis & Telamonis contra Igilium & Dianium insulas maximè porrectus, apud Cosam urbem excisam.

Liv. Etrusci, Hetrusci Plinio, populi Etruriæ, iidem Tuscis; & Etruscus nomen gentis. Virgilius libr. 8. Æneidos:

*Externos optate Duces. tum Etrusca resedit.
Hoc acies campo.*

Liv. Etrusci campi, Prato Magno, ut Ortelius refert, tractus Thuscia fertilis, inter Fæsulæ & Aretium, juxta Arnum fluvium.

Ioseph. Ettan, locus Palæstinæ, Hierosolymis proximus, inde 2. schænis recedens, teste Iosepho.

Paus. Eva pagus erat Peloponnesi, in Argia regione, maximus, in Arcadiæ confinio, in qua à Stephano locatur. Est & montis nomen ad Pamisum fluvium.

Ptol. Evandria, Evandriana Antonino, Olivenza, oppidum Hispaniæ Lusitanicæ, in regno Portugallico, ad Anam fluvium, Paci Augustæ finitimum. Sed Iacobo Vasconcello est Talavervela, oppidum Lusitanicæ, in Extremadura, ab Emerita supra 8. leuc. Eboram versùs.

[Evandriana est Talavervela, oppidum aliàs Lusitania, nunc Extremadura Castellana, ad Anam fluvium, 8. leucis ab Emerita in occasum, versùs Eboram & Pacem Augustam.]

Claud. Evandrius, mons urbis Romæ, idem cum Palatino.

Steph. Evarchus, fluvius Asiæ, in Pontum Euxinum fluens, ac Cappadociam à Paphlagonia dirimens, apud Irim fluvium: cujus meminit Valerius Flaccus libro 6. Argon.

Quosque Tarax, niveumque ferax Evarchus olorum. Sed apud Flaccum fluvius Scythiæ esse videtur, seu Sarmatiæ. In Thesaurò Linguae Latinæ Scythiæ Asiæ tribuitur.

Strab. Plin. & al. Eubæa, quæ & Chalcis, & apud Poëtæ Abantis, Negroponte, insula Græciæ ingens, Achaia ad ortum adiacens, ab ea angusto freto divisa, inter austrum & Boream in longum 150. mill. pass. extensa, lata inter ortum & occasum 40. circuitu 365. Urbes quondam primariae, Chalcis illius caput, Carystus, & Eretria. Hinc Euboicus nomen gentis. Virgilius libro 6. Æneidos:

Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris.

[Eubæa, Negroponte Italiæ, Negrepont Gallis, insula est Græciæ Achaia ad Boream adiacens, ab ea angusto freto Euripo dicto divisa. Longitudinis est 130. milliarius circiter ab ortu in occasum, latitudinis autem 30. & circuitus 300. Ejus urbs primaria Chalcis, Negrepont, Ponte jungitur continenti Achaia. Hæc insula diu Venetis paruit, quibus assignata fuerat à Rabanio Carcerio ejus Duce, ne à Turcis occuparetur, à quibus tamen anno 1470. subacta est per Mahumetem secundum, qui in eam atrocissimè deservit, & ab eo tempore subest dominio Turcarum. Habet arcem permunitam & armamentarium instructissimum.]

Urbes Eubæa adhuc exstantes:

Carystus, [Caristo.] Eretria, quondam clara, Chalcis, metropolis & [Eretria.] caput, [Negroponte.] Oreum, [l'Oreo.] te.] Porthmos, [Portimo.]

Eubæa quoque oppidum fuit Siciliae, in ora australi, apud Pachynum promontorium, locus Castellazio, teste Fazello, (quod aliis Castellazo & Castelluzo) dicitur. Aliis Terra nova; quæ potius Callipolis est, inter Camarinam & Gelam.

Euboicum mare, Euboicus sinus Livio, Oetæus sinus Ptolemæo, Opuntius sinus Melæ, Golfo di Negroponte, teste Ortelio.

Eubonia, Monæda à Ptolemæo, Monapia Plinio, Menavia Bedæ, Man vel the isle of Man Anglicè, Menavv Britannicè, incolis Maning, inf. Albionis, inter Walliam & Scotiam, ac inter Cumbriam & Hiberniam.

[Eubonia insula, Gilda, ab aliis Monæda seu Mona dicitur, l'Isle de Man; estque insula oblonga Angliæ, aliàs regio titulo clara. Vide Monæda.]

Eucarpia, urbs Phrygiæ magnæ, episcopalis sub Archiepiscopo Synnadeni, apud Synnadam, inter Docimæum & Lysiadem, ubi racemi uvarum & magnitudine & feracitate spectabiles, unde urbi nomen esse videtur.

[Eucarpia urbs est Asia minoris, in Phrygia magna, ad Hermum fluvium, versùs confinia Lydiæ, 50. circiter milliariis à Synnada in occasum, 30. à Docimæo in austrum, & 40. à Lysiade. Sed non inter ipsas urbes. Quid sit nunc, non constat.]

Euchaita, numero plurali, urbs archiepiscopalis Ponti Helenopolitani, seu Paphlagoniæ, in mediterraneis, olim episcopalis sub Archiepiscopo Gangrensi.

Eudæmon Arabia, quæ Latinis Felix, Ayman, Melæ. Ayaman, provincia amplissima Asiæ. Vide Arabia felix.

Eudoses, populi Germaniæ, qui Altamero Mifnenses putantur.

[Eudoses populi fuere ubi nunc pars Pomerania citerioris & urbes Sundis & Bardum, Cluverio teste.]

Eudoxiopolis, urbs archiepiscopalis Thraciæ, eadem Selymbriæ, sic in Eudoxiæ Augustæ honorem dicta.

Evenus, qui & Lycormas, teste Strabone, Fidari vel Phidari Nigro, fluvius Ætolia, ex Callidromo monte scaturiens, ac inter Ætolos & Locros mare Ionium petens, haud procul ab ore sinus Corinthiaci, Calydonem urbem interluens. Ostia inter Actium 670. & Molycriam urbem Ætolia 120. stad. Ovidius libr. 9. Metamorphoseon:

Venerat Eveni rapidas Iove natus ad undas.

Euganei, populi Venetiæ, quorum regio la Marcha Trevisana & Trevigiana nominatur, tamen hæc magis pateat. Euganei verò colles in agro Patavino li Monti di Padoa dicuntur, apud Ateste. Euganeus quoque nomen gentis. Silius libr. 8.

Tum Trojana manus, tellure antiquitus orti
Euganea, profugique sacris Antenoris oris.

[Euganei populi fuere Gallie Transpadane, in
Italia: qui, teste Brietio, habitabant ubi nunc agri
Bergomensis & Brixienfis, inter lacus Larium &
Benacum; habebantque ad austrum Cenomanos. Alij
tamen credunt eos fuisse versus Arthesim fluvium &
Vicentiam.]

Eugeon, Oggion, oppidum Insubriae, à fertilitate,
seu generositate dictum. Vide Oglonium.

Lib.
Conc.

Eugubium, Gubbio, Gubio, Eugubio, urbs Umbriae
episcopalis sub Archiepiscopo Vrbinate, inde 25. mill.
pass. ad montis Apennini radices, in Ducatu Vrbinate,
à Perugia ad 20. mill. pass. in Caeciam, quot à Tiferno
in ortum. Iguvium veteribus.

[Eugubium, Gubio, urbs est Ducatus Vrbini, in
ditione Pontificia, ad radices Apennini montis, prope
fontes Chiafcij fluvij. 15. miliaribus distat à Perugia,
& paulò minùs ab Assisio in Boream; èstque in
confinio Marchiae Anconitanae: & malè dicitur Eugubio
à quibusdam.]

Lib.

Evila, Aila, oppidum Arabiae petraeae, ad sinum
Arabicum, & montem Sinai, & regio, quam Phison
fluvius è Paradiso egrediens irrigare traditur, &
in qua aurum purissimum, & gemmae pretiosissimae
nasci feruntur.

[Evila quid sit, non constat inter auctores. Aila
enim oppidum Arabiae, seu Ailan, est Ailana antiquorum,
alijs Evila seu Hevila est pars Arabiae felicitis.]

Plin.
Ptol.

Eulæus, Tiritiri, teste Ortelio, & in tabulis Geographicis,
fluvius Susianae, Susa urbem regiam praeterluens,
ac ex Mediae montibus oriens, per Susianam regionem,
quam ab Elymaide dividit, in sinum Persicum defertur.
Vlai apud Danielelem.

Strab.
Ptol.
& al.

Eumenia, Einalhisar, Leunclavio, urbs Phrygiae
magnae episcopalis sub Archiepiscopo Laodiceo, Synnadae
finitima, ab Eumene Rege condita anno urbis conditae
556. & nominata. Eumenia quoque pagus est frequens
& magnus agri Novariensis, supra Ripariam & Hortam,
vulgò Omegna, in calce lacus Hortae ab Horta 7. mill.
pass. Osclam versus.

Scip.
Belg.

Enno, Aa, teste Ortelio, fluvius Belgij, per
Flandriam fluens, ac in mare apud Gravelingam oppidum
sefe exonerans, cujus in vita S. Bertulphi fit mentio.

[Euneno, seu Agmo, Aa, fluvius Belgij. Oritur
in agro Bononiensi, deinde per Artesiam provinciam
labitur: ubi Audomaropolim rigat, & postea ad Gravelingam
arcem Flandriae in Oceanum Germanicum se exonerat.]

Script.
6 cor.

Evonium, Dunstaphag, oppidum Scotiae non obscurum,
in Loquhabria [vel potiùs Lornia] regione, in ora occidua,
à Dumblana urbe ad 30. mill. in Corum, à Lorna oppido
12. De quo Heft. Boëtius.

[Evonium, postea Stephanodinum, Dunstafag, urbs
est Scotiae munita, in Lornia provincia, Regum antiqua
sedes, cum portu capaci in ora occidentali, versus Ebudas.
Vix 5. miliaribus Scoticis distat à Mula insula in ortum,
55. à Dumblana in occasum, & 14. à Chilmoria in Boream.]

Ptol.

Evonymus, insula Siciliae, una Aoliarum, Stromboli
Nigro. Sed fallitur, quia Stromboli est quae Strongyle
Ptolemaeo nominatur. Potiùs est Vulcanello, insula
proxima, ignivoma. Strongyle verò à Lipara 10. mill.
pass. abest in ortum, circuitu totidem. In Thesaurò
Linguae Latinae malè l'Vstega indigitatur.

[Evonymus insula quanam sit, non constat. Sunt
qui credant esse Lisca Bianca; alijs autem, & forsàn
meliùs, est Pare rotto, insula satis parva, inter Liparam
ad austrum & Strongylem ad Boream, in mari

Tyrrheno, cum paucis incolis.]

Evoisium, Ivoix, oppidum Belgij, Ducatus Luxemburgensis,
ad Charum fluvium, idem quod Ivoisium. Vide Epoissius.

Gem-
blac.

Eupatoria, urbs Paphlagoniae episcopalis, & Mithridatis
regia, ab eo condita; postea eo victo à Pompeio magno,
Pompeiopolis, teste Plinio, dicta, Amisioque adjuncta:
quam everfam jacere Andreas Thevetus refert.

Plin.
Appian
Strab.
& al.

Euphrates, Frat Nicolaio & alijs, fluvius Asiae notissimus,
ex montibus Armeniae majoris oriens, ac Mesopotamiam
provinciam ad occasum & meridiem perstringens, eandem
Tigri ad ortum cingens; cui commixtus, sinum Persicum
infra Tereдонem urbem petit. Sic ab ubertate, teste
Isidoro, nominatus: Eadem incrementa, quae Nilus,
habens, ac regiones inundans, teste Solino, nisi ubi
angustias Tauri montis prohibetur. Ovidius libro 1. de
arte amandi:

Cic.
Polyb.
Strab.
Plin.
& al.

Hic est Euphrates praecinctus arundine frontem:
Cui coma dependet caerulea, Tigris erit.

[Euphrates, fluvius Asiae, ortus in Armenia majori,
paulò post recipit Harpagum & Arsametem, deinde à
septentrione in meridiem tendens, Armeniam majorem à
minori separans, alluit urbes Azirim, Zimaram, Melitenem,
& recipit Arsaniam & Melam fluvios; postea Syriam &
Arabiam regiones à Mesopotamia dividens, & rigatis
Samosatha, Zeugmate, & alijs innumeris, auctus
fluvij Marsia, Chabora, & aliquot alijs, infra Seleuciam
& prope Ctesiphontem in Tigrim cadit, & cum ipso paulò
post in sinum Persicum se exonerat.]

Euphratesia, Euphratensis Marcellino, regio Syriae,
ad citeriorem Euphratis ripam, quae & Comagene.
Vide ibi.

Procop.

Eupilis, Lago di Pusiano, lacus Insubriae, per quem
Lambrus fluvius transit, non emissus ab eo, ut scribit
Plinius, cum pago ejusdem nominis, à Mediolano 28. mill.
pass. Leucum versus in Boream.

Plin.

Euplaea, Gaiola, insula parva Campaniae, in sinu Puteolano,
inter Neapolim & Puteolos, haud procul à Margellene,
juxta Paufilypum promontorium seu montem. Stadius
libr. 2. syl. carm. 2.

Stat.

Inde vagis omen felix Euplaea carinis.

Eura, Auron, fluvius Galliae Celticae, per Bituriges,
ac Bituricas urbem fluens, & in Ligerim labens.

Scip.

Euria sive Evoria, quae apud Ptolemaeum citatur ab
Ortelio non reperitur, in libro tamen Conciliorum
memorata, urbs Epiri olim episcopalis, mediterranea,
nunc pagus, vulgò S. Donato dictus. Vnde Donatiana
apud Nicephorum Callistum nominatur.

Gall.

Ptol.

Euripus Chalcidicus, & Euboicus, Stretto di Negroponte,
angustia maris inter Achalam & Euboeam, quae tanta
est, ut illa huic ad Chalcidem urbem ponte jungatur.
Accipitur autem in libro Conciliorum Euripus pro ipsa
urbe Chalcide. Abest à Thermopylis 530. stadiis,
teste Strabone, in austrum: cujus meminit Lucanus
libro 5.

Eustath.

Euripusque trahit, cursum mutantibus undis,

Chalcidicas puppes ad iniquam classibus Aulim.

Euripus Taurominitanus saepius reciprocans est, sed
Euripus Euboeae septies in die ac nocte quovis tempore
reciprocare traditur, auctore Plinio, ita ut ventos ac
navigia velis plenis frustretur, teste Mela. Ex quo
in proverbium abiit, Euripus homo, in inconstantes,
& in varias fortunae vices. Vnde Graeci Euripiston
hominem incertae fidei vocant, in Thesaurò Linguae
Latinae in dictione Salganeus, Euripus pro fluvio
accipitur, quod hic monere visum fuit.

Europa, tertia pars orbis, ab Asia in occasum & ab
Africa in septentrionem recedens: ab illa Tanai fluvio,
Euxino mare, & Aegeo pelago divisa; ab hac mari

marî Meditertaneo, Africo, Sardo, & Iberico. Populi Europæi, qui *Giaur* à Turcis, *Alfrangues* ab Æthiopibus nominantur. De qua Ovidius libro 2. amor. elegia 12.

- nisi rapta fuisset

Tyndaris, Europa pax, Asiaque foret.

[*Europa, una ex tribus terra partibus veteribus cognitis. Minor est omnium, sed præcipua, vel ob soli nobilitatem, vel ob frequentiam incolarum, vel ob præclara facinora eorum qui eam hætenus tenuere. Ejus incola Europæi ab omnibus Asiaticis Franki dicuntur, seu & Alfrangues; & Europa, seu Christianorum regio, ab eis Frankia vocatur, propter præclara gesta à Francis in illis partibus. Quidam autem addunt Europæos à Turcis Giaour dici, sed errant. Est enim injuriosum nomen apud illos, quod infidelem significat. Europa habet à septentrione & ab occidente Oceanum, à meridie mare Mediterraneum, & ab oriente Asiam. Quibus limitibus Europa ab Asia separatur, inter veteres scriptores non satis convenit. Sed hæc pauca à Cluverio accipe. Ut habeas, inquit, verum Europa & Asia terminum, statue post mare Ægeum, Hellepontum, Propontidem, Bosphorum Thracium, Pontum Euxinum, Bosphorum Cimærium, paludemque Mæotin, primùm Tanais fluenta donec adverso amne ad flexum ejus oppidumque Tujâ pervenias, quâ Volge fluminis dextra ripa appropinquat, inde transversum jugum, quod inter utrumque flumen ex septentrione in meridiem protensum, vulgari vocabulo dicitur Perowlok à Volge leva ripa, Rhyrnicos montes, ad oppida Veliki Tumen & Leptin, proximamque Obij fluminis ripam, hinc ipsum flumen Obium ad Oceanum usque Scythicum & promontorium Lytarmin. Hæc ille. Europa à Gallis l'Europe dicitur, Europa ab Italis & Hispanis. Divisa fuit olim in varias gentes regionisque. Hodie dividitur in complura regna & Principatus.*]

Europa regiones ordine Alphabetico.

Achaia.	Helvetia.
Albion. Vide Britannia.	Hibernia.
Britannia I.	Hispania citerior.
Britannia II.	Hispania ulterior, seu
Cimbrica Chersonesus.	Hispania Tarraconensis.
[Corfica.]	Hispania Bætica.
[Creta.]	Hispania Lusitanica.
Dacia.	Illyricum.
Dalmatia.	Iazyges.
Dania.	Italia.
Epirus.	Liburnia.
Eubœa.	Macedonia.
Frisia.	Myfia seu Mœsia superior
[Gallia Aquitanica.]	Myfia inferior.
[Gallia Belgica.]	Noricum.
[Gallia Celtica, seu Lug-	Pannonia superior & in-
dunensis.]	ferior.
[Gallia Cispadana.]	Peloponnesus.
[Gallia Narbonensis.]	Rhætia I.
[Gallia Transpadana.]	Rhætia II.
Germania magna.	Sarmatia Europeæ.
Germania superior.	Scandinavia.
Germania inferior.	Scythia Europeæ.
Græcia. Vide Achaia.	Thracia.
Hellas. Vide Achaia.	Thule.

Regiones Europa alio ordine.

Extrema marique attingentes.

Hispania.	Myfia inferior.
Gallia.	Thracia.
Belgium.	Macedonia ad Ægeum
Germania.	mare.
Scandinavia.	Theffalia.
Sarmatia.	Achaia.
	Peloponnesus.
	Epirus.

Macedonia ad mare Ionium.
Dalmatia.
Liburnia.
Italia.

Interiores.

Rhætia.

[*Europa regna præcipua sunt, Francia, la France, Hispania, l'Espagne, Anglia, l'Angleterre, Scotia, l'Escosse, Hibernia, l'Irlande, Norvegia, la Norvege, Dania, le Danemark, Suecia, la Suede, Germania, l'Allemagne, Portugallia, le Portugal, Polonia, la Pologne, Hungaria, la Hongrie, Bohemia, la Boheme, Bosnia, la Bosnie, Bulgaria, la Bulgarie, regnum Neapolitanum, le royaume de Naples, Sicilia, la Sicile, Sardinia, la Sardaigne, Russia, seu magnus Ducatus Moscovia, la Russie, ou le grand Duché de Moscovie, Turcarum imperium cis Hellepontum, l'Empire des Turcs en Europe ou deçà les Dardanelles, & Tartaria minor, la petite Tartarie.*]

[*Europa Respublica præcipua sunt, Venetia, la Republique de Venise, Genua, la Republique de Gennes, uti Status Belgij uniti, les Provinces unies du Pais-Bas, & Helvetij, les Suisses. Insulae sunt Corsica, la Corse, Creta, l'Isle de Candie, Islandia, l'Islande, & Eubœa, le Negrepont. Superfunt ditio Pontificia, l'Etat de l'Eglise, Ducatus Sabaudia, les Etats du Duc de Savoye, Ducatus Mediolanensis, le Duché de Milan, ditio magni Ducis Hetruria, l'Etat du grand Duc de Toscane, alijque Principatus, & Ducatus innumeri in aliis Europa partibus, quos propriis in locis describemus. De his pluribus vide Reges & regna Europa.*]

[*Europa urbes præcipua:*

Adrianopolis, Adrinople & Endrem, in Turcica ditioe.
Amsterdamum, Amsterdam, Hollandia.
Antuerpia, Anvers, Brabantia.
Argentoratum, Strasbourg, Germania.
Augusta Vindellicorum, Augsbouirg, Germania.
Barcino, Barcelone, Hispania.
Belgradum, Belgrade, Hungaria.
Berga, Berghen, Norvegia.
Bononia, Bologna, Italia.
Bristolium, Bristol, Anglia.
Bruxelle, Bruxelles, Brabantia.
Buda, Bude & Offen, Hungaria.
Burdegala, Bordeaux, Gallia.
Calaris, Cagliari, Sardinia.
Cesarangusta, Caragoza, Hispania.
Colonia Agrippina, Cologne & Coln, Germania.
Constantinopolis, Stamboul & Constantinople, in Turcica ditioe.
Cracovia, Cracow, Polonia.
Dublinum, Dublin, Hibernia.
Edimburgum, Edimburg, Scotia.
Florentia, Fiorenza, Italia.
Gedanum, Dantzick, Polonia.
Genua, Genoa & Genes, Italia.
Hafnia, Koppenhagen, Dania.
Hamburgum, Hambourg, Germania.
Hispalis, Sevilla, Hispania.
Holmia, Stockholm, Suecia.
Londinum, London & Londres, Anglia.
Lubeca, Lubeck, Germania.
Lugdunum, Lyon, Gallia.
Lutetia, Paris, Gallia.
Madridum, Madrid, Hispania.
Massilia, Marseille, Gallia.
Mediolanum, Milano, Italia.
Messana, Messina, Sicilia.

Moscovia, Moscovia, *Moscovia*.
Neapolis, Napoli, *Italia*.
Norimberga, Nuremberg, *Germania*.
Novogardia magna, Novogrod Veliki, *Moscovia*.
Olyssippo, Lisboa, & *Lisbone* *Portugallia*.
Panormus, Palermo, *Sicilia*.
Praga, Prague & Prag, *Bohemia*.
Riga, Riig & Rige, *Livonia*.
Roma, Roma, *Italia*.
Rothomagus, Rouen, *Gallia*.
Sophia, Sofie, *Bulgaria*.
Taurinum, Torino, *Italia*.
Thessalonica, Salonichi, *Turcica ditionis*.
Toletum, Toledo, *Hispania*.
Tolosa, Toulouse, *Gallia*.
Varsovia, Warsaw, *Polonia*.
Vienna, Wien & Vienne, *Germania*.
Venetia, Venetia, *Italia*.
Vilna, Vilna, *Polonia*.
Vratislavia, Breslaw, *Germania*.]

[*Europa*, provincia *Illyrici Orientis*, versus *Constantinopolim* & *Propontidem*, ubi aliàs pars *orientalis Thraciæ* regionis, inter *Pontum Euxinum* ad *Boream* & *Melanem sinum maris Aegæi* ad *meridiem* extensa. *Ejus urbes* erant *Constantinopolis*, *Selymbria*, *Rhodostus*, *Callipolis*, *Apri*, & *Perynthus*.]

Plin. *Europum*, *Europus* *Ptolemæo*, urbs *Syriæ*, ad *Euphratem* fluvium, quæ & *Amphipolis*, & *Thapfacum*, teste *Plinio*, dicta fuit. Fuit & oppidum *Macedoniæ*, ad *Axiu* fluvium, apud *Apsalum*, in finibus *Almoporum*, cujus etiam *Plinius* meminit. Item *Europus* apud *Ptolemæum* urbs *Mediæ præclara*, *Rhages* in libro *Tobiæ* appellata, vulgò *Cassan*, teste *Castaldo*, ultra *Tabresium* in ortum, ab *Armuza* 200. leucis *Hispanicis* per *Persepolim*.

Cic. *Eurotas*, *Basilipotamo*, hoc est, fluvius regius, fluvius *Peloponnesi*, per *Laconicam* in *meridiem* fluens, *Lacedæmonemque urbem* alluens, lauris abundans, cujus ortus est in *Arcadia* ex *Stymphalo monte*. De quo *Ovidius* libr. 2. *amor. elegia* 17.

Frigidus Eurotas, populiferque *Padus*.
 [*Eurotas*, fluvius *Laconicæ*. Oriitur in *Arcadia regione* non procul ab *Alphæo*, in vico *Asca*, prope *Megalopolim*, longè à *Stymphalo monte* in austrum. Dicitur etiam *Hymærus*, & *Marathon*, & *Neris*, & in *sinum Laconicum* se exonerat.]

Liv. *Euryalus*, *Belvedere*, locus *Siciliæ* amœnus, apud *Syracusas*, sic hodie, teste *Aretio*, nominatus.

Strab. *Eurymedon*, *Iercon* & *Zacuth*, teste *Theveto*, fluvius *Pamphylia*, *Aspendum urbem* interluens, ad quem usque *Cimon Atheniensium Dux* *Xerxem Regem Persarum* fugientem classe persecutus est, teste *Mela*. De quo *Dionysius Afer*:

Illic adspicies Aspendum, mœnia cujus Eurymedon lavat amnis.

A *Tauri montis jugo* defluit, ac in mare magna vi aquarum labitur.

Plin. *Eutane*, vel *Euthane Melæ*, oppidum fuit *Cariæ*, ad *sinum Ceramicum*.

Procop. *Eutropium*, locus *Bithyniæ*, apud *Chalcedonem*, ubi *Mauricius Imperator* a *Phoca* occisus est.

Euxinum mare, & *Euxinus Pontus*, *Mar Magiore*, & *Mar Negro*, in longitudinem 5. millibus stad. in latitudinem 3. ambitu 25. patens. *Ovidius* libro 5. *elegia* 10. de tristitia:

Vt sumus in Ponto ter frigore constitit Ister, Facta est Euxini dura ter unda maris.

Herod. *Exampæus*, fons *Scythiæ Europææ*, in quem *Hypanis* fluvius influit apud mare *Euxinum*, amarus, qui *Sacræ Viæ* à *Græcis* appellatur. De eo *Herodotus* plura libr. 4.

[*Exampæus*, seu *Amxampæus locus*, fons & fluvius, qui amaras suas aquas in *Hypanum* evomit, fluviumque dulcissimum sui dissimilimum reddit: estque in *Germano-Sarmatia*, in *Bastarnis*.]

[*Exelodunum*, seu *Exfoldunum*, *Iffoudun*, urbs est *Gallia*, in provincia *Bituricensi*, ad *annem Thiols*, 7. leucis à *Biturico* in occasum; diciturque à quibusdam *Ernodurus*.]

* *Exilissa*, postea *Septa*, *Zenta*, vel *Ceuta*, urbs *Prot.* *Mauritanæ Tingitanæ*, in ora, contra *Calpen*, sic à 7. montibus, qui ob æqualitatem *Septem Fratres* appellantur, dicta, episcopalis sub *Archiepiscopo Eborensi*. Abest à *Calpe freto* intercedente 9. mill. pass. in *meridiem*. [* *manuscript. Seldeni* *Eximiosa*.]

[*Exilissa*, seu *Lissa*, *Ceuta Hispanis*, *Ciote Gallis*, urbs est *Africa*, in *Mauritania Tingitana*, probe munita, & cum portu, sub dominio *Regum Hispaniæ*; cum aliàs pareret *Regibus Portugallia*, à quibus expugnata fuerat. Sedet ad *freium Herculeum*. Vide *Septa*.]

Exitani, *Hexi Melæ*, *Velez Malaga*, urbs *His-* *Strab.* *paniæ Bæticæ*, in regno *Granatensi*, proxima *Malacæ urbi*, à qua 5. leucis in ortum recedit. Aliis est *Almunneçar*, urbs ejusdem oræ littoralis, à *Velezio* 8. leucis in ortum. *Carolus Clusius Salobrenna* indigitat; sed hæc *Selambina* est *Ptolemæi*. Vide *Sexitani*.

[*Exitani*, oppidum *Bæticæ*, quibusdam est *Sexitanum*, quod forsitan melius: ubi nunc *Adra*, urbecula regni *Granatæ*, in ora maris *Mediterranei*. Vide *Sexitani*.]

Exolidunum, *Yffouldun*, oppidum præclarum *Ivoni.* *Galliæ Celticæ*, in finibus *Biturigum*, ab *Avarico* oppido 4. leucis in occasum distans: quod quidam *Vxellodunum* à *Cæsare* appellari non bene autumant.

[*Exolidunum*, *Iffoudun*, urbs *Galliæ*. Vide *Exelodunum*.]

Exomatæ, *Iaxamatæ*, *Melæ*, *Ixomatæ Polyæno*, *Val.* *populi Sarmatiæ Asiaticæ*. *Ortelius* putat eosdem *Flac.* *populos esse Iaxamatas*, & *Exomatas*; sed apud *Valer. Flaccum* sunt diversi, qui *Exomatarum* meminit libr. 6. *Argon*.

Exomata, *Torinique*, & *flavi crine Satharchæ*.

[*Exonaba*, fortè *Ossonaba*, urbs olim episcopalis *Lusitaniæ*, *Ossonaba* quibusdam nunc *Stombar*, vicus in *Algarbia*. Aliis est *Silves*, cui subest *Ossonobensis Ecclesia*.]

Exonia, olim *Isca*, *Excester*, urbs episcopalis *Al-* *scrip.* *bionis*, in *Cornubia regione*, [latè sumpta] caput *Brit.* *illius*, ad *Isacam fluvium*, ab *Antivestæo promontorio* occidentali 79. mill. pass. in ortum *Wintoniam* versus.

[*Exonia*, olim *Isca Damnoniorum*, urbs est *Angliæ*, in *Devonia provincia*, ad *Isacam fluvium*, & aliquot tantum milliaribus ab ora maris *Britannici* distat. Vide *Isca*.]

Exopolis, *Bogazar*, sive *Bozagar*, teste *Moletio*, *Prot.* *urbis Sarmatiæ*, ad *Tanaim fluvium*, ab ostiis in septentriones paulùm recedens.

Exquiliæ, mons *Romæ*, unus ex 7. collibus: qui *P. Vid.* & *Exquilius mons*. Vide *Esquiliæ*; utroque enim modo apud *Ovidium* legitur. De quo libr. 6. *fast.* *Iamque per Exquilias Romanam intraverat urbem.* Idem libro 3.

Qui nunc Exquilias nomina collis habet.

Sic ab excubiis, quæ ibi fiebant, dictus, teste *Ovidio*. *Prot.* *Extensio*, *Exoche* in *Græco codice*, *Easton-ness* *scrip.* *Camdeno*, promontorium *Albionis* sive *Angliæ*, in ora *Suffolciæ* regionis.

[*Extrema*, *Extremoz*, oppidum munitum *Hispaniæ*, in *Portugallia* provincia, inter *Tagum* & *Anam*.

ad amnem Teram. 8. leucis ab Ehora in ortum, & totidem ab Helvis in occasum distat.]

[Extremadura, Extremadura Hispanis, Extremadoure Gallis, provincia est Hispania, & regni Legionis pars, cui adjacet versus Boream. A meridie habet Andaluziam, ab occasu Portugalliam, & ab ortu Castellam novam. Vrbes habet precipuas Pacem Augustam, Placentiam, Cauriam & Emeritam.]

[Extremadura, seu Extremadura Portugallia, Extremadura, provincia est etiam Hispania, in regno Portugallie, versus ostia Tagi fluvij, cujus urbs primaria Vlyssipo, totius etiam regni caput. Dicitur à Gallis Extremadoure Portugaile.]

[Extuca, Extuca, provincia est regni Marroci, in ora Oceani Atlantici, versus Atlantem montem & confinia Biledulgeridia; estque pars regionis Sus dicta.]

Eginart Ezelinga, Eslingen, urbs Germaniæ, in Suevia, libera, apud Necarum fluvium, Sturgardiæ urbi primariæ Ducatus Wirtimbergensis & Canstadio proxima, inde 2. hinc 1. leuc. distans, inter Vlmam 10. & Heydebergam 13. mill. Germanicis.

Ezerus, quæ Bœbe à Strabone dicta putatur, Ezeru vulgò, urbs Græciæ, in Thessaliæ & Achaïæ confinio, episcopalis sub Archiepiscopo Larissæ. Vide Bœbe.

F.

Plin. FABARIA, quæ & Burchana, Borkum, teste Guillelmo Camdeno, insula Frisiæ, in mari Germanico, contra ostium Amasij fluvij. In Thesaurio Linguae Latinæ apud Cimbricam Chersonesum statuitur; sed inde longè abest. Sic dicta à copia fabarum.

Virgil. Sidon. Fabaris, qui & Farfarus Ovidio, Farfaro, fluvius Sabinorum, teste Servio, qui ex Severo monte ortum ducens, in meridiem fluit juxta Farfense cœnobium, ac in Tiberim ad Felicianum oppidulum & montem Faliscorum labitur.

[Fabaris, seu Farfarus amnis, nunc Farfa dicitur. Oritur prope Mompeum, in eo loco qui dicitur Capo Farfa, & in Tiberim labitur, inter castra Felicianum & Fianum.]

Plin. Fabianus, pagus agri Sulmonensis, ubi cum arva rigantur, herbæ aqua necantur, & fruges aluntur, teste Plinio libr. 17. cap. 26.

[Fabraum, Bremen, urbs archiepiscopalis Germaniæ, Anzeatica atque libera, ad Visurgim fluvium, Ducatus titulo decorata ab anno 1648. & tota adjacens ditio juris Suecici effecta est pace Monasteriensis. Vide Phabiranum.]

Strab. Ant. Patern. Fabrateria, Favateria, colonia & oppidum olim, nunc pagus Latij, inter Aquinum & Fregellas, ab Aquino 8. mill. pass. distans. In Thesaurio Linguae Latinæ malè in Campania locatur. Populi Fabratereni Plinio, Silius libro 8.

Hic Fabrateria vulgus: nec monte nivoso Descendens Atina aberat.

[Fabrateria, nunc Falvaterra, pagus Volscorum, in Latio, prope Lirim fluvium, in ditio Pontificia, & in ipso confinio regni Neapolitani. 8. miliaribus distat ab Aquino in occasum.]

Mar. tyrol. Rom. Fabrianum, Fabiano, oppidum amplissimum Piceni, ex maximis Italiæ, Sentino urbi excisæ & Matellicaribus propinquum ad 6. mill. pass. à Camerino 14. Æsium versus 30. Hic optima charta.

[Fabrianum oppidum est, & unum ex 4. castellis Italiæ, in ditio Pontificia & in Marchia Anconitana, ad radices Apennini montis, in limite Ducatus Urbini, inter Sentini rudera ad occasum, & Matellicam ad ortum, 14. miliaribus à Camerino in Boream.]

Fabricius pons, Ponte di quattro Capi, teste Andrea Fulvio, unus ex pontibus urbis Romæ, à Fabricio Consule exstructus. De quo Horatius libr. 2. satira 3.

Atque à Fabricio non tristem ponte reverti.

Fagophagi, populi Germaniæ, Thuringis, & Hafs, seu Cartis finitimi, necnon Franconiæ: quorum regio Buchavu, cujus caput est Fulda, urbs inter Herbipolim 13. & Casellam 10. leuc.

[Faialis, Faial, insula maris Atlantici, & una ex Azoribus seu Tertiariis, satis parva, sed fertilis & bene culta, sub dominio Regis Portugallie cum aliquot pagis & castris. 30. leucis Gallicis à Tertiaria distat in occasum.]

Falacrinum, vicus Sabinorum, locus natus Vespasiani Imperatoris. Vide Phalacrina.

Falacrium, Rasocolmo, teste Fazello, promontorium Siciliae, inter Pelorum promont. 12. & Mylas oppidum in austrum & Africum 24. mill. pass. In Thesaurio Linguae Latinæ Melazzo pro Capo di Melazzo indigitatur; sed malè, cum adeo à Mylis distet.

[Falaza, Falaise, oppidum Gallie, in Normannia provincia, ad Antam amnem. 7. leucis à Cadomo in austrum distat, & 9. à Sagio in Circium. Iuxta est Gibræum, la Guibray, suburbium nundinis suis celebre.]

Falarienses, populi Piceni, quorum oppidum Falaria excisum, quod adhuc Falerione nominatur, teste Pamphilo, apud Tignium oppidum, inter Firmum & Fanum S. Genesij.

Falciana, Vvels, teste Lazio, oppidum Norici, in Austria, ad Dravum fluvium, non ad Danubium, ut scribit Ortelius, à Lintio urbe 4. leucis Salisburgum versus. Vide Locus felix.

[Falciana, seu Locus felix, oppidum Norici. Nunc Walse dicitur; estque vicus Austria ad Danubium fluvium, 5. leucis infra Lentium in ortum; & differt ab oppido Wels, qui ad amnem Traun sedet; estque Ovilabis antiquorum, 3. leucis à Lentio in austrum.]

Falconis mons, Vallatum Anton. Valckenburg, oppidum Belgij, inter Aquisgranum & Trajectum ad Mosam, à quo 2. leucis in ortum abest.

[Falconis mons, Fauquemont Gallis, oppidum est Ducatus Limburgensis satis munitum, in ditio Hollandorum. 4. leucis distat ab Aquisgrano in occasum, juxta amnem Geul dictum.]

[Falcopinga, Fallekoping, oppidum Sueciae, in Vestrogothia provincia, 5. miliaribus Germanicis à Scara urbe in austrum, & 8. à Vvenero lacu.]

Faleria, Falerij Livio, urbs olim episcopalis excisa Hetruriæ, in Faliscorum finibus, apud Fescennium, seu urbem Castellanam, à qua ad 7. mill. passus Viterbium versus abest. Locus cum aliquot adibus Falere, & Leandro Folare, adhuc dicitur. Scribitur & Phaleria, à Strabone & Ptolemæo Phalerium, & Phalaris Catoni, à Phalerio Argivo condita.

[Faleris, seu melius Falaris, urbs Hetruria olim fuit in eo situ ubi nunc civitas Castellana, civitas Castellana. Postea uno milliari cum dimidio ab eo loco in planitie nova civitas condita fuit, ubi etiam hoc tempore ruinae & vestigia maxima visuntur, quæ Falaris adhuc nomen retinent, Falere; & foris destructa veteri civitate, remansit ibidem templum Junonis Falisca, cum luco; quod destructis postea Falaris illis novis incolis iterum se recepisse crediderim tanquam ad validum castellum; atque inde civitatis Castellana nomen loco indidisse, teste etiam Luca Holstenio.]

Falernus, mons & ager Campaniæ, inter Calenum & Sinuessam, maximæ fertilitatis; ager enim fru-

menti, mons vini generosissimi ferax est, Massico junctus. Tamen sunt qui Falernum montem Putcolis proximum faciunt, & nomen antiquum retinere scribant. Hinc Falernus nomen gentis. Virgilius libr. 2. Georgicorum :

- & quo te carmine dicam

Rhætica? nec cellis ideo contende Falernis.

Vini Falerni meminit Martialis libr. 13. ep. 105.

Attica nectareum turbatis mella Falernum.

Polyb. & al. Falisca, Faliscum Diodoro & Stephano, Galese nunc, colonia & urbs episcopalis Hetruriae, Faliscorum metropolis, apud Tiberim fluvium, inter Fescenniam, seu urbem Castellanam, & Hortam ad 4. mill. pass. Ortellius non sine manifesto errore Monte Fiascone indigitat; quae urbs Mons Physcon appellatur, à finibus Faliscorum longè distans.

Plin. Liv. Strab. & al. Falisci, Phalisci Ovidio, populi Hetruriae, inter Ciminum montem & Tiberim fluvium incolentes: quorum urbes Falisca, Faleria, Fescennia, & Hortia. Quos memorat Virgilius libro 7. Aeneidos:

Hi Fescenninas acies, equosque Faliscos.

In Faliscis fluvius est, qui boves candidos facit, teste Plinio libr. 2. cap. 103.

Caron. Faliscorum mons, & Soractes, mons Hetruriae, in Faliscorum finibus, ad Tiberim fluvium, Monte Sant'Oreste, & Monte di S. Silvestro, non Monte Fiascone, ut Thesaurus Linguae Latinae, & quidam, vocis similitudine decepti, scribunt.

[Faliscorum mons quibusdam est Soractes, nunc monte S. Oreste dictus. Ibi oppidum S. Oreste dictum, ad Tiberim fluvium, in provincia Patrimonij S. Petri, & è regione Sabina provincia, 8. milliariibus à civitate Castellana in austrum Romam versus. Aliis autem, forsan melius, est urbs Mons Phisco dicta, Montefiascone, al lacum Vulturnum.]

[Falmutum, Falmouth, portus Angliae capacissimus in ora australi Cornubiae provincia, & in intimo ejus recessu, prope arcem Pendenis dictam, à quibusdam Volemuthum dicitur; & 30 milliariibus Anglicis distat à Plumto in occasum.]

[Falstria, Falster, insula Dania, in mari Baltico, inter Lalandiam & Monam insulas, ad austrum Zeelandiae, à qua separatur tantum angusto freto Viridi dicto, vulgò Grone Sund. Ibi oppidum Nixoping, cum arce munita. Subest dominio Regis Daniae.]

[Famaangusta, Famagosta, urbs permunita Cypri insulae, episcopalis sub Archiepiscopo Nicosiensi, à Turcis expugnata anno 1570. olim Arsinoe dicta. Vide ibi.]

[Fanestria, Fanestria, vicus ditionis Pontificiae, in Romandiola provincia, aliàs urbs episcopalis, nunc ferè in ruinis jacet.]

[Fanshera, Fanshere, fluvius Africae, in insula Madagascaria, in Carcanossia tractu. In Oceanum se exonerat in parte australi prope arcem Delphinam, teste Flacurtio. Ei adjacet vicus Fanshere dictus, in mediterraneis.]

[Fantinum, Fantin, regnum parvum Africae, in Guinea regione & in ora aurea, ubi Cormentinum & aliquot arces Anglorum & Batavorum.]

Script. Hibern. Fanum, vel Cella Canici, Kilkenny, urbs Hiberniae episcopalis sub Archiepiscopo Dublinensi, inde supra 30. mill. distans, Leighlino & Offeriae propinqua, academia.

[Fanum Canici, seu Kilkennium, urbs ampla Hiberniae, in Lagenia provincia, ad Neorum fluvium, Comitatus cognominis caput, versus Momoniam. 50. ferè mill. pass. distat à Dublinio in Africum, estque ferè media inter Cassiliam & Caterlogum; Vide Kilkennium.]

Plin. Fanum Fortunae, Fanum simpliciter Caesari, Co-

lonia Fanestris Melae, Fano, urbs Umbriae, in ora *Prot. & al.* Semnonum littorea, episcopalis, inter Pisaurum ad occasum 5. & Senogalliam in ortum 15. mill. pass. distata, in Ducatu Urbinate, licet ditionis Ecclesiasticae sit.

Fanum Luciferi. Vide Luciferi Fanum.

[Fanum Luciferi, S. Lucar de Barameda, oppidum munitum Hispaniae, cum portu, in Vandalaria provincia, ad ostia Botis fluvij. 6. leucis distat à Gadibus in Boream, & 15. ab Hispali in Africum.]

Fanum Martis, Mars, vel Marche en Famine, *Anton.* oppidum olim, nunc pagus Belgij, in Lucemburgensi Ducatu & Leodiensis episcopatus confinio, inter Confediam 32. & Ad Fines 27. mill. pass. ex Antonini Itinerario. Aliis pagus S. Salvij, in Hannoniae & episcopatus Leodiensis confinio.

[Fanum Martis oppidum fuit Nerviorum, in Belgio, ubi nunc vicus Fan, in Hannonia, 11. mill. pass. à Valentinianis, Cluverio teste. Aliis autem est vicus Famars, una leuca à Valentinianis in austrum.]

[Fanum S. Aegydy, S. Gilles, oppidum Galliae, in Occitania provincia, ubi S. Aegidius Eremiticam vitam duxit. Vix una leuca à Rhodano fluvio in occasum distat, & tribus ab Arelate; estque in dominio utili Equitum Melitensium.]

[Fanum S. Agathe Gothorum, S. Agata de Gotti, urbs est parva Italiae, in regno Neapolitano, & in Principatu citeriori, episcopalis sub Archiepiscopo Beneventano, in confinio Terra Laboris, & media ferè inter Beneventum ad ortum & Capuam ad occasum.]

[Fanum S. Albani, S. Albans, oppidum Angliae, in Comitatu Harfordiensi. Distat 6. milliariibus Anglicis ab Harfordia in occasum, & 15. à Londino in Boream; estque Verolamium antiquorum. Vide ibi.]

[Fanum S. Albin, S. Aubin du Cormier, oppidulum est Galliae, in Britannia minori, praelio suo memorabile, prope fluvium Covesnon dictum. 5. leucis distat à Rhedonibus in Boream, & totidem à confinio Normanniae in austrum.]

[Fanum S. Amandi, S. Amand, oppidum Belgij aliàs munitum, in Comitatu Flandriae & in Tornacensi agro, cum Abbatia celebri, ad Scarpan fluvium. 2. leucis distat à Valentinianis in Boream, & 3. à Tornaco in austrum; subestque dominio Francorum ab anno 1667. Dicitur etiam Elnò à quibusdam. Vide ibi.]

[Fanum S. Andreae, S. Andrew, urbs Scotiae archiepiscopalis, in Fisa provincia & in ora Oceani Germanici, cum arce aliàs permunita. Vide Andreaepolis.]

[Fanum S. Andreae, S. Andero, urbs ampla & munita Hispaniae, in Bisciaia provincia, cum arce & portu percapaci, in ora littorali Oceani Aquitanici. 15. leucis Hispanicis distat à Bilbao in occasum, & 7. à Santillana in ortum. Aliàs Flavionavia dicta fuit. Vide ibi.]

[Fanum S. Angeli Longobardorum, S. Angelo de Longobardi, urbs est Italiae, in regno Neapolitano & in provincia Principatus ulterioris, ad radices Apennini montis, episcopalis sub Archiepiscopo Compsano. 7. milliariibus distat à Compsa in Boream, & 20. à Benevento in Circium. Urbs est parva, & sensim deficit.]

[Fanum S. Angeli in Vado, S. Angelo in Vado, urbs Italiae, & ditionis Pontificiae, in Ducatu Urbinate, juxta Metaurum fluvium, ad radices Apennini montis, episcopalis sub Archiepiscopo Urbini, sed unita est cum Urbana. Est in confinio ditionis Florentinae, & 15. milliariibus distat ab Urbino in occasum.]

[Fanum S. Afaphi, S. Afaph, urbs Angliæ, in Vallia Boreali & in Comitatu Flintensi, ad amnem Cluyd. Episcopalis est sub Archiepiscopo Cantuariensi. Distat 3. milliariibus Anglicis à Denbigia in Boream, 5. ab ora maris Hibernici in austrum, & 8. à Flinto in occasum.]

[Fanum S. Audomari, S. Omer, urbs Belgij, in Comitatu Artesie, probe munita, ad Agnionem fluvium. Episcopalis est sub Archiepiscopo Cameracensi. Vide Audomaropolis.]

[Fanum S. Bertrandi, S. Bertrand, urbs Gallie, in Aquitania, ad Garumnæ fluvium, Convenarum caput, & ad radices Pireneorum montium, episcopalis sub Archiepiscopo Auxitano; & aliàs Lugdunum Convenarum dicta fuit. Vide ibi.]

[Fanum S. Brioci, S. Brieu, urbs Gallie, in minori Britannia, episcopalis sub Archiepiscopo Turonensi, in ora Boreali, cum portu in sinu maris Britannici. 16. leucis distat à Macloviopoli in occasum, 10. à Trecorio in ortum, 20. autem à Rhedonibus; estque satis munita.]

[Fanum S. Christine, S. Christina, oppidulum Hispania, in regno Aragonia & ad fontes Aragonij fluvij, ad pedes Pyreneorum & in consinio Gallie. 4. leucis distat à Tacca in Boream.]

[Fanum S. Christophori, S. Christophle en Touraine, oppidum Gallie, in Turonensi provincia, ad pedes collis, in consinio Andegavensis & Cenomanensis provinciarum. 6. leucis distat à Turonibus in Boream.]

[Fanum S. Claudij, S. Claude, oppidum Sequanorum, in Comitatu Burgundia, in limite Bressie provincie & Gessie tractus. 5. leucis distat à Geneva in occasum, & 3. à Rhodano fluvio. Hinc mons Iura adiacens dicitur etiam mons S. Claudij.]

[Fanum S. Clodoaldi, S. Clou, burgus cultissimus Gallie, cum ponte lapideo ad Sequanam fluvium, & per amonem secessu Ducis Aurelianensis, duabus leucis infra Lutetiam in occasum. Ibi obiit Henricus tertius Francorum Rex.]

[Fanum S. Columba, Sainte Colombe, oppidulum Gallie, in Lugdunensi provincia, ad Rhodanum fluvium, ex adverso Vienna Delphinatus, cui ponte conjungitur. 5. leucis distat à Lugduno in austrum Condrievium versus; estque verius Vienna suburbium.]

[Fanum S. Crucis, Santa Cruz, urbs munita Africa, in regno Marochij & in regione Sus dicta, in ora Oceani Atlantici, cum portu capaci. Dicitur aliter Cap d'Aguer, & à Mauris Darrumia; & excitata fuerat à Lusitanis. Sed anno 1536. capta fuit à Rege Marochij, cui etiamnum subest.]

[Fanum S. Crucis de mante, Santa Cruz dela Sierra, urbs recens America meridionalis, in Peruvia regione, in provincia dicta la Sierra. Episcopalis est sub Archiepiscopo civitatis de la Plata dictæ. Maxime in ortum tendit; estque ad radices collis, in consinio Paraguaia regionis. 80. leucis Hispanicis distat ab urbe Argentea seu de la Plata in ortum, & 60. ab Argenteo fluvio in occasum, sub Hispanis.]

[Fanum S. Desiderij, S. Dizier, urbs Gallie munita, in Campania provincia, ad Matronam fluvium, obsidione sua celebris. Sedet in limite Barrensis Ducatus. 6. leucis à Barro in occasum, & totidem à Victoriaco in ortum distat, 12. autem à Catalauno.]

[Fanum S. Dionysij, S. Denys cognomento en France, urbs est parva Gallie, in provincia Insule Francie, cum insigni Abbatia, in qua visuntur Regum Francie Mausolea. Sedet ad amnem la Crou, qui paulo infra cadit in Sequanam fluvium; distatque duabus leucis à Lutetia in Boream.]

[Fanum S. Dominici, S. Domingo, urbs est ampla & archiepiscopalis America septentrionalis, in parte australi Hispaniola insula, cum portu capaci. Vide Dominicopolis.]

[Fanum S. Eutropij, S. Tropez, urbs munita Gallie, in Provincia, cum portu capaci in ora littoralis maris Mediterranei & sinus Grimaldini. 5. leucis distat à Foro-Julio versus austrum, & 12. à Telone in ortum.]

[Fanum S. Fidei de Bogota, Santa Fè de Bogota, urbs est archiepiscopalis America meridionalis, in novo regno Granatensi, prope fluvium Pati & lacum Guatavita, longe à mari remota, sub dominio Hispanorum, & ad radices montis Bogota.]

[Fanum S. Fidei, Santa Fè, oppidum America septentrionalis, in novo regno Mexicano, ante paucos annos ab Hispanis exstructum, juxta fluvium Borealem de Nort. Paucis constat incolis.]

[Fanum S. Fidei, Santa Fè, urbs parva America septentrionalis & nova Hispania, in provincia Veragua, media inter utrumque mare Borale & Austrinum, 12. leucis ab urbe Conceptionis, sub Hispanis.]

[Fanum S. Florentij, San Fiorenzo, urbs Italie, in ora Boreali Corsica insula, satis munita, cum portu & sinu parvo, sub dominio Genuensium, Canelata antiquis dicta, ut quidam autumant. 20. milliariibus distat à Sacro promontorio in austrum.]

[Fanum S. Flori, S. Flour, urbs est episcopalis Gallie, in Alvernia provincia. Vide Floriopolis.]

[Fanum S. Galli, S. Gal, oppidum Helvetiorum, cum Abbatia insigni, cujus Abbas Imperij Princeps est, in Turgea tractu, & ex precipuis Sociis Helvetiorum. Vna leuca tantum distat à lacu Constantiensi, & 4. à Lindavia in occasum.]

[Fanum S. Germani, San Germano, oppidum Italia, in Pedemontio & in Vercellensi agro, aliàs munitum. 12. milliariibus distat à Vercellis in occasum, Taurinum versus.]

[Fanum S. Germani in Laya sylva, S. Germain en Laye, burgus amplus Gallie, cum palatio superbissimo in colle, ad Sequanam fluvium, ubi regius secessus. 4. leucis à Lutetia in occasum distat.]

[Fanum S. Ghisleni, S. Ghislain, oppidum munitum Belgij, in Hannonia provincia, cum Abbatia, ad Haynam fluvium. Vna leuca cum dimidia distat à Montibus in occasum, & 3. à Condato in ortum.]

[Fanum S. Huberti, S. Hubert, oppidum Belgij, in Ducatu Luxemburgico, sub dominio tamen proprij Abbatis, ad amnem Homme dictum. 4. leucis Belgicis distat à Bastonia in occasum.]

[Fanum S. Iacobi, Sant Iago de Chile, urbs America meridionalis, regni Chiles primaria, in mediterraneis, & ad radices Andium, ab Hispanis exstructa, juxta fluvium Maipum. Episcopalis est sub Archiepiscopo de la Plata dicto. 15. leucis à mari Pacifico in ortum distat.]

[Fanum S. Iacobi, Sant Iago, urbs Africa, insula cognominis caput, in Oceano Atlantico, in insulis Capitis viridis; estque munita & episcopalis, sub dominio Regis Lusitania. Capta fuerat & vastata à Francisco Draco Anglo anno 1585.]

[Fanum S. Iacobi, Sant Iago, urbs America septentrionalis, in ora australi Cuba insula, cum portu capacissimo, episcopalis sub Archiepiscopo S. Dominici, sub Hispanis; deficitque in dies.]

[Fanum S. Iacobi de Estero, Sant Iago del Estero, urbs America meridionalis, & Tucumania regionis caput, atque episcopalis, sub Hispanis, juxta fluvium Estero dictum, 170. leucis Hispanicis à Potosio distans.]

[Fanum S. Iacobi de Guatimala, Sant Iago de Guatimala, urbs America septentrionalis, in nova

Hispania, & in provincia Guatimala, episcopalis sub Archiepiscopo Mexicano. Vide Guatimala.]

[Fanum S. Ioannis ad Tavum, S. Iohnstoune, urbs Scotia, alias Perthia dicta à provincia cognomine, in qua sedet, ad Tavum fluvium. 20. milliariibus Scotiis distat ab Edimburgo in Boream.]

[Fanum S. Ioannis Angeriaci, S. Iean d'Angely, oppidum Gallia, in Santonia provincia, alias munitum; sed ejus munitiones disjecta fuerunt à Rege Ludovico XIII. Vide Angeriacum.]

[Fanum S. Ioannis de Auro, San Ivan del Oro, oppidum America meridionalis, in Peruvia, intra montes, & in provincia Camata. 35. leucis Hispanicis distat à lacu Titicaca in ortum.]

[Fanum S. Ioannis de Portu divite, San Ivan de Puerto ricco, urbs America septentrionalis, insula Portus divitis in mari Boreali caput. Iacet ad septentrionalem partem insula, cum portu capaci & arce Hispanorum; estque episcopalis sub Archiepiscopo Dominicopolitano. Capta fuerat ab Anglis anno 1597. sed postea ab ipsis derelicta & vastata.]

[Fanum S. Ioannis de Vlva, S. Ivan de Vlva, arx triangularis America septentrionalis, in ora littorali nova Hispania, in insula parva ei adjacente in mari Boreali, contra portum vere Crucis, & ad ipsius tutelam, ab Hispanis exstructa. Distat 80. leucis Hispanicis ab urbe Mexico in ortum.]

[Fanum S. Ioannis Laudonensis, S. Iean de Laune, oppidum Gallia, in Ducatu Burgundia, ad Ararim fluvium, parvum, sed munitum, & frustra obsessum ab Hispanis anno 1637. Distat 3. leucis ab Auxona in austrum. Dicitur & Laudona.]

[Fanum S. Ioannis Luisij, S. Iean de Luz, oppidum Gallia, in Vascitania, in regiuncula Terre de Labour dicta, juxta ostium amnis Vrdacury, ubi in Oceanum Aquitanicum se exonerat, 2. leucis à confinio Hispania & ab arce Fonte rapido in ortum. Ibi celebrata fuere anno 1660. sponsalia Ludovici XIV. Francorum Regis Christianissimi cum Maria Theresia Austriaca. Dicitur aliter Luisium. Vide ibi.]

[Fanum S. Ioannis Maurianensis, S. Iean de Maurienne, seu, & melius, S. Iean, ut ipsi incolae dicunt, urbs est satis culta Sabaudia, sine muris, in Mauriana valle, ad Arcum fluvium, episcopalis sub Archiepiscopo Viennensi. 3. leucis distat à confinio Delphinatus in Boream, 5. à Monasterio urbe Tarentasia in austrum, & decem à Gratianopoli in ortum.]

[Fanum S. Ioannis Pedeportuensis, S. Iean pied de port, oppidum Gallia permunitum, in Navarra inferiori, intra montes, ad amnem Nivum, vix una leuca à confinio Navarra superioris & à montibus Pyreneis, & 8. à Baiona in austrum.]

[Fanum S. Iusta, S. Iusta, monasterium Hispania, in Extremadura provincia, 7. leucis à Placentia, in valle fertilissima, ubi Carolus V. relicto Imperio, solitariam vitam duxit, ibique obiit anno 1558. die 21. Septembris.]

[Fanum S. Leonis, S. Leo, urbs est Italia, in ditione Pontificia & Ducatu Urbini, episcopalis sub Archiepiscopo Urbinate. Eius Episcopus dicitur etiam Monsferetranus à regiuncula adjacente. Urbs ipsa parva, sedet in colle, in limite Romandiola & Tusciae, prope amnem Ariminum, 15. milliariibus à Sarsina in ortum, & 5. tantum à Fano S. Marini in occasum.]

[Fanum S. Licery, S. Licer, urbs Gallia, in Aquitania. Vide Conferrani.]

[Fanum S. Maclovij, S. Malo, urbs Gallia, in Britannia minori, parva, sed munita & dives, cum portu capaci, episcopalis sub Archiepiscopo Turonensi. Vide Macloviopolis.]

[Fanum S. Marci, S. Marco, urbecula Italia, in regno Neapolitano & in Calabria citeriori, episcopalis sub Archiepiscopo Cosentino. Vix 10. milliariibus distat à mari Tyrrheno in ortum, & 7. à Bisiniano, 16. autem à Cosentia in Boream.]

[Fanum S. Marini, S. Marino, oppidulum Italia; in monte excelso situm, sui juris, caput Reipublica cognominis, cui subjunt tantum duodecim pagae seu villa. Est inter Ducatum Urbini & Romandiolam, versus Ariminum amnem. 5. milliariibus distat à Fano S. Leonis in ortum, & 10. ab Arimino in austrum. Dicitur à quibusdam Acer mons.]

[Fanum S. Marthae, Santa Marta, urbs America meridionalis, regionis seu gubernij cognominis caput, in ora littorali maris Borealis, cum portu & arce valida Hispanorum. Episcopalis est sub Archiepiscopo S. Fidei; fuitque alias ab Anglis & Batavis expugnata & vastata.]

[Fanum S. Mathaei, S. Mahé, in finibus terrae dictum oppidulum Gallia, in Britannia minori, in intimo recessu ad occasum, cum promontorio cognomine. Vide Gobeum.]

[Fanum S. Maximini, S. Maximin, oppidum Gallia, in Provincia, versus montes & ad fontes amnis Argentei, 6. leucis ab Aquis Sextiis in ortum, & 8. à Telone in Boream.]

[Fanum S. Menehildis, Sainte Menehould, oppidum munitum Gallia, in Campania provincia, ad Axonam fluvium, 9. leucis à Catalauno in ortum, & totidem à Virduo in occasum. Bis expugnatum fuit hisce ultimis temporibus.]

[Fanum S. Michaëlis Archangeli, l'Arcangel, urbs & emporium celeberrimum Moscovia, ad ostia fluvij Duina in mare Album. Vide Arcangelopolis.]

[Fanum S. Michaëlis, S. Mihel, urbs Lotharingia, ad Mosam fluvium, in Ducatu Barrensi, media inter Tullum ad austrum & Viridunum ad Boream.]

[Fanum S. Michaëlis, S. Miguel, oppidum America septentrionalis, in nova Hispania & provincia Mechoacana, 40. leucis Hispanicis distat à Mexico in occasum.]

[Fanum S. Michaëlis, S. Miguel, oppidum novum America septentrionalis, in nova Hispania & in provincia Guatimala, in ora maris Austrini, & ad ostia fluvij Lempe, sub Hispanis, 60. leucis Hispanicis distat à Guatimala in ortum.]

[Fanum S. Michaëlis, S. Miguel, oppidum America meridionalis, in novo regno Granatensi, versus montes, in ditione Hispanorum. Paucis constat incolis.]

[Fanum S. Michaëlis, S. Miguel de Tucuman, urbs America meridionalis, in Tucumania regione, ad radices montium. Subest Hispanis, & 28. leucis distat à Fano S. Iacobi de Estero.]

[Fanum S. Miniati Teutonici, S. Miniato al Tedesco, urbs longa Italia, in Hetruria & in agro Florentino, in colle, prope Arnum fluvium, media inter Pisam ad occasum & Florentiam ad ortum, recens in episcopalem sedem erecta sub Archiepiscopo Pisano.]

[Fanum S. Nicolai, S. Nicolas, burgus peramoenus Lotharingia, ad Murtam fluvium, duabus leucis supra Nanceium in austrum, devotione erga sanctum Nicolaum Mirensis Episcopum celebris.]

[Fanum S. Papuli, S. Papoul, urbs parva Gallia, in Occitania provincia, episcopalis sub Archiepiscopo Tolosano. Dicitur & San Papulum. 5. leucis distat à Carcaffone in Ciroium Tolosam versus, à quo 9. leucis distat.]

[Fanum S. Pauli Leonini, S. Paul de Leon, seu

Leon, & Leondoul, urbs Gallie, in Britannia minori & in ora littorali maris Britannici, episcopalis sub Archiepiscopo Turonensi. Vide Leonium & Staliocanus portus.]

[Fanum S. Pauli Tricastinensis, S. Paul Troischa-teaux, urbs Gallie, in provincia Delphinatus, episcopalis sub Archiepiscopo Arelatensi. Vide Augusta Tricastinorum.]

[Fanum S. Pontij Tomeriarum, S. Pons de Tomieres, urbs Gallie, in Occitania, parva, sed episcopalis. Vide Tomerie & Pontipolis.]

[Fanum S. Quintini, S. Quentin, urbs munita Gallie, in Picardia, in Veromanduis, ad Somonam fluvium. Vide Quintinopolis.]

[Fanum S. Quirici, S. Quirico, oppidulum Italiae in colle, in Hetruria & agro Senensi, prope Orciam amnem. 3. milliariibus distat à Pientia in austrum, inter Radicosanum & Senam.]

[Fanum S. Remigij, S. Remo, oppidum Italiae, in ora occidentali Genuensi; estque lepidum & cultum, in valle feraci. 9. milliariibus distat ab Albin-temelio in ortum; subestque dominio Genuensium.]

[Fanum S. Salvatoris, S. Salvador, urbs ampla Americae meridionalis, & Brasiliae regionis primaria, juxta sinum omnium Sanctorum, vulgò Bahia de todos os santos, à quo urbs ipsa dicitur etiam sepe la Bahia. Portu gaudet percapaci & arce valida, in ora maris Brasily; estque episcopalis sub Archiepiscopo Olistipponensi. Sedet in edito colle. Capta fuit à Batavis anno 1624. Sed postea recepta à Lusitanis anno sequenti, ipsis etiam subest.]

[Fanum S. Sebastiani, S. Sebastian, Gallis S. Sebastien, urbs est Hispanie probe munita, in Guipuscoa provincia, cum arce & portu capaci, in ora littorali Oceani, ad ostia fluvij Menlasci. Vix tribus leucis distat à confinio Gallie in occasum, & 12. à Pompeiopolis in Boream.]

[Fanum S. Sebastiani, S. Sebastian, urbs Americae meridionalis, & Praefecturae fluvij Ianuarij caput, in Brasilia, cum portu capaci & duplici arce, sub Lusitanis.]

[Fanum S. Stephani, Kirkby Steven, oppidulum Angliae, in Vestmaria provincia, ad Itunam fluvium, versus montes, & in limite Eboracensis provinciae.]

[Fanum S. Stephani, S. Estienne, seu & S. Estienne de de Furans, burgus amplissimus Gallie, in Forensi provincia, ad radices collis, & juxta amnem Furanium. 2. leucis distat à Ligeri fluvio, & decem à Lugduno in Africum; estque carbonis terrestres fodinis celebris. Vide Furanium.]

[Fanum S. Venantij, S. Venant, oppidum Belgij, in Artesia Comitatu, ad Lisiam fluvium, satis munitum, duabus leucis ab Aria in ortum Armenteriam versus. Subest dominio Francorum ab aliquot annis, pace ad Pyreneos confecta.]

[Fanum S. Vincentij, S. Vincente, oppidum Americae meridionalis, in Brasilia & in ora australi maris Brasily, cum portu capaci. Regio adjacens dicitur Capitania de S. Vincente, Gubernium S. Vincentij; subestque Regi Portugalliae.]

[Fanum S. Viti, S. Veit, oppidum Germaniae, in Carinthia superiori, ad confluentias amnium Wilitz & Glac. 2. leucis distat à Clagenfurto Gurkium versus.]

[Fanum S. Viti ad flumen, S. Veit am Flaum, oppidum Germaniae, in Carniola inferiori, in ora maris Adriatici & sinus Carnarij, ad ostia fluvij Carnarij, sub Austriacis.]

[Fanum S. Yvonis, S. Yves, antea Slepe, oppidum Angliae, in Comitatu Huntingdonia, ad Vsam fluvium. 2. milliariibus infra Huntingdoniam.]

Fanum Saturni, Cronium, locus insulae Gaditanae, qui Punta di S. Sebastiano, teste Ortelio, nominatur.

Fanum Vacunae, Vocone, pagus Sabinorum, inter Cures 4. & Mandellam 8. mill. pass. à Fabari (nunc Farfa) & Nerulo 10.

[Fanum Vacunae, Vocone, vicus est Sabine provinciae, in ditione Pontificia, intra montes, & in confinio Umbriae, 10. milliariibus ab Interamnia in austrum, Cures versus, 15. autem à Nerulo.]

Fanum Voltumnæ, oppidum Hetruriae; quod variè interpretantur: quidam nunc Massa urbem esse putant, inter Rosetum, & Populonium, cui successit, à Senis 40. mill. distans: alij ex eo, Longula, Vetulonio, & Turrena, oppidis vicinis, Viterbium urbem constructam tradunt.

[Fara, la Fere, urbs Gallie permunita, in Picardia provincia, & in Tiraschia tractu, ad Oesiam fluvium, undique paludibus cincta, aliàs fortiter expugnata ab Henrico IV. Rege. 5. leucis distat à Fano S. Quintini in austrum Sueffiones versus, & 4. à Lauduno in occasum.]

[Fara, The Faire Yle, insula parva maris Caledonij, inter Orcades & Schetlandicas insulas medio cursu interjecta, ubi tantum castrum Dumo dictum.]

[Fara Campania, la Fere Champenoise, urbicula Gallie, in Campania provincia, media inter Sequanam fluvium ad austrum & Matronam ad arctos, 8. leucis à Catalauno in meridem.]

[Farenfes, illes de Fero seu de Farre, insula Oceani Caledonij; supra Scotiam & Orcades versus Circium, quindecim numero, quarum precipuae sunt, Stromo, Sudro, Ostro, Bordo, & Sando; ibique loca, Lonen, Wage, Swino, & Calfortgreve dicta, sub dominio Regis Daniae.]

[Farfa, Farfa, castrum Italiae, cum Abbatia percelebri, in ditione Pontificia, & in Sabina, ad Farfarum amnem. 20. milliariibus distat à Roma in septentrionem.]

Farfarus. Vide Fabaris. fluvius Sabinorum, de quo Ovidius libro 15. Metamorphoseon:

Nare tulit preceps, & opaca Farfarus unda.

[Farima, Farima, urbs Asiae, in ea parte Iaponiae que Nippon dicitur, 18. leucis Hispanicis à Meaco in occasum, cum provincia cognomine; cum antea habuerit Reges proprios.]

[Farnia, Farne, insula parva Angliae, in Oceano Germanico, in ora littorali Northumbriae provinciae, vix 3. milliariibus Anglicis à Bamburgo castro, 6. ab Insula Sacra in austrum, & 12. à Bervico.]

Farfalus, Pharfalus Appiano, urbs Thessaliae episcopalis olim sub Archiepiscopo Larissæo, nunc metropolis, in mediterraneis. Vide Pharfalus.

[Fartachium, Fartach, urbs Asiae, in Arabia felici, quæ ab aliis Hadramut dicitur; estque caput regni cognominis. 40. mill. pass. distat ab ora Oceani Indici, & 300. circiter à promontorio Aromatum in Boream.]

[Farvelum Caput, Cap Farwel, promontorium Gronelandiae australissimum, versus novam Franciam maximè porrectum. 100. leucis Gallicis distat à Freto Forbisherij in meridiem. A Gallis dicitur Cap d'Adieu.]

Farum, vel Pharum, Fanum Regis, ut codices aliqui habent, locus Belgij, in ora maris Britannici, in Picardia, apud Bononiam urbem, à Carolo magno instauratus. Tour d'Ordre Gallis, Oudemans Anglis, teste Ortelio.

Fascellina oppidum fuit Siciliae, in ora occidentali, apud Panormum, de quo Silius libro 14.

Mille Thoantea sedes Fascellina diva.

[Fatigara, Fatigar, regnum Africae, in Aethio-

Strab.

Hor.

Liv.

Ovid.

Suet.

Sil.

pia, antea sub dominio Regis Abassinorum, nunc autem in ditioe Galarum, teste Vossio.]

Plin. Fauces Laterræ, *la Crau près de Maugueil*, teste Dalechampio, locus Gallie Narbonensis, ad Stagna Vo'carum.

Liv. Plin. Ptol. & al. Faventia, *Faenza*, urbs Gallie Togatæ, in Æmilia, episcopalis sub Archiepiscopo Ravennate, unde 20. mill. pass. abest, inter Forum Cornelij & Forum Livij media, 10. mill. distans; ubi vasa fiunt coctilia. Cujus meminit Silius libro 8.

Arva coronantem nutrire Faventia pinum.

[Faventia, Faience, urbecula Gallie, in Provincia, cujus figlina laudantur, dicta vasa Faventina, la vaisselle de Faience. Sedet prope amnem Benso-nem; distatque 5. leucis à Grassain occasum, & totidem à Foro-Julio in Boream.]

Capitol. Faustopolis, urbs Cilicie episcopalis sub Archiepiscopo Seleuciensi, inde 18. mill. pass. distans. Vide Anchiale.

Lib. Not Febiana Castra, Phæbiana, vel Phæniana Ptole-mæo, *Bebenhausen*, teste Pyramio, oppidum Rhæ-tie, in Suevia, inter Vlmam & Cau-Bureniam 3. leucis. Aliis est *Lauging*, oppidum Sueviæ, ad Da-nubium fluvium, inter Vlmam ad occasum 4. & Werdam ad ortum 3. Dillingæ proximum; sed hoc non est in Rhætia, quæ cis Danubium est.

[Feldkirchia, Feldkirck, seu & Vildkirch, urbs parva Germanie, in Tirolensi tractu, Comitatus cognominis caput, ad Illum fluvium, qui paulò infra cadit in Rhenum, sub dominio Austriacorum, & in confinio Helvetiorum, 2. leucis distat ab Abbatiscella in ortum, estque media inter Curiam ad austrum & lacum Brigantium ad Boream.]

Ant. Felicis Lacus in Norico, lacus Austriæ, *Gemundersée*, seu *Draunsée*, teste Lazio, inter Salisbur-gum & Lentium, ex quo Drahonus fluvius egredi-tur. Sed Simlero est *Nideren Vaulsée*.

[Felicis lacus, seu lacus Fœlix, aliis est pagus Austria superioris, nunc Vvallsée dictus, prope Da-nubium fluvium, 5. milliariibus Germanicis infra Lintium in ortum Viennam versùs; & à quibusdam dicitur locus Fœlix, quod forsan melius.]

Anton. Felicis Lacus, seu locus, ut alij codices habent, *Blindenburg*, oppidum Pannoniæ, in Hungaria, ad Danubium fluvium, inter Strigonium ad occasum & Budam ad ortum, inde 3. hinc 4. leucis, quod etiam Hungaricè *Visegrad* vel *Vizegrad* appella-tur, teste Simlero.

[Felinum, Felin, urbs Livonia, ad Felam flu-vium, in Estonia provincia, cum castro, ubi prodinus à suis anno 1560. Guillelmus Furstenbergius Magi-ster Ordinis Teutonici. Nunc subest dominio Regis Sueciæ, 14. leucis distat à Revalia in austrum, & 15. à Pernavia.]

Plin. Felsina, (vide Bononia) urbs Æmiliæ archiepif-copalis, & academia, totius Romandiolæ maxima ac primaria, à Thuscis condita anno ab orbe condito 3287. ante urbem Romam.

Anton. Feltria, *Feltre*, urbs Venetiæ episcopalis sub Ar-chiepiscopo Aquileiensi, intra Alpes Tridentinas, non Rhæticas, ut scribit Ortelius, à Ceneta & Be-luno 15. mill. pass. inter Venetias 43. & Tridentum 50. Populi Feltrini Cassiodoro, Fertini Plinio. Sed codex videretur depravatus. De qua exstat distichon Iulij Cæsaris:

*Feltria, perpetuo nivium damnata rigore,
Atque mihi posthac haud adeunda, vale.*

[Feltria, Feltre, urbs aliàs Venetiæ, nunc Mar-chie Tarvisine, in Italia, ad Asonem amnem, qui paulò infra cadit in Anaxum. Subest dominio Reipu-blice Venetæ, & 10. milliariibus distat à confinio di-tionis Tridentine in ortum, & 50. à Venetiis in Cir-

cium; estque episcopalis sub Patriarcha Aquileiensi.]

[Femera, Femeren, insula est parva Dania, in mari Baltico, in ora littorali Holsatia & Vvaglia provincia, à qua tantum 4. milliariibus distat. Dicitur etiam Fimeria. Vide ibi.]

Fenni, Phinni Ptolemæo, Finni Iornandi, *Fiin. Tab. landers*, populi Scandinaviæ, quorum regio Finlan-dia in ortum vergens, in Suecorum Moschorumque confinio.

[Fenni, seu Finni, populi Scandinaviæ, quo-rum tractus nunc Finnia, seu Finlandia dicitur, la Finlande; populi autem Finlanders, Gallis Finlan-dois, sub dominio Suecorum, & in Moschorum con-finio. Vide Finnonia.]

[Ferdinandi Noronæ insula, ilha do Fernando No-ronha, insula America meridionalis, versùs oram orientalem Brasilia, à Lusitanis detecta & munita, ipsis etiamnum subest. Parva est & malè culta, & 70. leucis distat ab ora proximiori Brasilia. Ei adja-cet altera insulula Ignium insula dicta.]

[Ferdinandi Pai insula, ille de Fernand Pao, insula Africa, in ora Guinea & in sinu S. Thomæ, detecta à Lusitanis, quibus etiam paret.]

Ferentanum, quod & Frentanum, oppidum Fe-rentanorum, in Apulorum confinio, quod plerique Francam Villam oppidum Aprutij esse putant, cum hoc in Marrucinorum ora sit, inter Aternum & Or-tonem ferè 6. mill. pass. longè à finibus Frentano-rum, & à Frentano, quod Teano Apulorum proximum erat, distans. Frentanum videtur hodie non exstare. In Thesauro Linguae Lat. Ferentum (quod in Thuscia erat, & quod est Apuliæ oppidum) malè in Sabinis locatur, nec inde Ferentani populi di-cuntur.

Ferentia, Ferentium Plinio & aliis, licet alij codi-ces Ferentinum habeant, Ferentonum Tacito & Straboni, *Ferento* etiamnum, urbs Hetruriæ olim episcopalis, excisa, cui Viterbium ad 5. mill. pass. distans successit in episcopali cathedra; à Viterbien-sibus anno salutis 1074. ob hæresim everfa. Populi Ferentini Suetonio.

Ferentinum, *Fiorentino*, vel *Ferentino*, urbs La-tinæ episcopalis, in finibus Hernicorum, in colle, in-ter Anagniam 5. & Frusinonem ad ortum 6. mill. pass. occurrens. Populi Ferentines Plinio, & Fe-rentini aliis. Quos Silius libro 8. memor.

Sylla Ferentinos, Privernatumque maniplos Ducebat.

[Ferentinum, Ferentino, urbs est parva, in col-le, 3. milliariibus ab Anagnia in ortum Verulum ver-sùs, & 6. à Frusinone in Boream, 4. autem ab Ala-tro in occasum, sub dominio Summi Pontificis, & 8. milliariibus à confinio regni Neapolitani.]

Ferentum, *Forenzo*, oppidum Apuliæ, in Luca-niæ confinio, inter Venusiam & Acherontiam ad 9. mill. pass. distans, cujus meminit Horatius libro 3. carm. od. 4.

- & arvum

Pingue tenent humilis Ferenti.

[Ferentum nunc Forenza dicitur; estque tantum castrum provincie Basilicate, in regno Neapolitano, ad radices Apennini, 4. milliariibus ab Acherontia in Boream Venusiam versùs, à qua 9. milliariibus di-stat in Eurum.]

Feritor, *Bisagno* vel *Besagno*, fluvius parvus Li-guriæ, ex proximis Apennini montibus per hortos juxtaque Genue mœnia in mare labens.

[Fermanagensis Comitatus in Hibernia, Countie Fermanagh, in Ultonia regione, versùs Connaciam, ubi lacus Erno, ex precipuis insule, ad Slanam flu-vium. Distat 12. milliariibus Anglicis à Vexfordia in Boream.]

Ferna,

[*Ferna*, *Fernes*, *urbs Hibernia insula*, episcopalis sub Archiepiscopo Cassiliensi, aliis sub Dublinensi, in *Lagenia* provincia, & in Comitatu *Vexfordiensi*.]

Strab. *Feronia*, *Castel di S. Silvestro*, teste *Andrea Maffa*, oppidum *Hetruriae*, ad *Soraetem* montem *Faliscorum*, ab urbe *Roma* ad 18. mill. pass.

Ziv. *Feronia* altera, colonia & oppidum *Hetruriae* fuit, apud *Capenates*, in monte *Cimino*, ubi *Lucus* erat *Feroniae*.

ProL. *Feronia* altera, oppidum *Hetruriae*, in territorio *Lucensi*, inter *Lucam* & *Lunam* ad occasum inde 14. hinc 16. mill. pass. nunc *Pierra Santa*, ubi templum erat *Feroniae*; ex qua, regiuncula apud *Apeninini* montis radices *Carferoniana* dicta videtur.

Tac. *Feronia* item oppidum fuit *Lati*, in agro *Pometino*, *Tarracinae* proximum & *Circaeis*, à *Tarracina* ad 3. mill. pass. distans, ubi lacus ab *Horatio* memoratus, *Lago di Feronia* adhuc dictus. De qua *Horatius* satyra 5. libr. 1.

ProL. *Ora manusque tua lavimus*, *Feronia*, *lympha*. *Feronia* praeterea, oppidum olim, nunc pagus *Sardiniae*, *Feronia*, in ora australi, à *Calari* in occasum recedens.

[*Ferrandina*, *Ferrandina*, oppidum *Italiae*, in regno *Neapolitano*, & in provincia *Basilicata*, ad *Basientum* fluvium, Ducatus titulo insignitum. Crevit ex *Vegianiruderibus*, 12. milliariibus distat à *Mateola* in austrum, & 18. ab ora sinus *Tarentini* in occasum.]

Script. Ant. urbis. *Ferraria*, *Ferrara*, olim, ut aliquibus videtur, *Forum Alieni*, urbs *Aemiliae* ad *Padum*, quae sub *Ateftinis* Principibus adeo crevit, & excolta fuit, ut inter praecipuas *Italiae* urbes censeatur, ampla, probèque munita, & episcopalis, exempta, cum prius sub *Theodosio* juniore Imperatore *Ferrariola* ob parvitatem diceretur, episcopali sede à *Vitaliano* Pontifice Maximo exornata. De ea in libro 4. *Itinerarij*.

Cursuque secundo.

Conspicimus quas fortis habet Ferraria tures.

[*Ferraria*, *Ferrara*, *Gallis Ferrare*, urbs est ampla, ad *ramum Padi* minimum, qui dicitur *Pomorto*, à quo ductum est incile per sex milliaria *Francolinum* usque, commercij causa. Arcem habet permunitam; sed deficit in dies ex quo non habet *Duces* proprios. Subest *Romano* Pontifici ab anno 1598. cum tota provincia *Ferrariensi*, 28. milliariibus distat à *Bononia* in *Boream* *Venetias* versus; estque media inter *Mirandulam* ad occasum & *Comaclum* ad ortum.]

Mel. *Ferraria* quoque *Hispaniae* promontorium, in ora littorali regni *Valentini*, apud *Dianium*, cum oppido, quod *Sigarra* vel *Segarra*, teste *Floriano*, nominatur.

[*Ferraria* promontorium, seu *Dianium*, nunc *Cabo Martin* dicitur, excurrans in mare *Mediterraneum* versus *Baleares* insulas, inter sinus *Sucronensem* & *Illicitanum*, 3. leucis à *Diano* in ortum, & totidem à *Sagra vico* distat.]

Ant. *Ferraria* etiam, prom. *Sardiniae*, quod *Capo Ferrari* vel *Ferrato* nominatur, à *Calari* urbe 13. mill. pass. in ortum recedens, ubi pagus *Carbone* dictus. Hujus meminit *Antoninus Augustus* in *Itinerario*:

[*Ferraria*, *Ferrieres*, oppidum *Galliae*, in provincia, ad os sinus *Astromela*, prope *Mariimam*, 7. leucis distat ab *Arelate Massiliam* versus.]

Ivoni. *Ferrariae*, *S. Pierre de Ferrieres*, teste *Ortelio*, pagus *Galliae*, in finibus *Senonum*.

[*Ferrariae*, *Ferrieres*, pagus est *Galliae*, cum cœnobio, in *Vastiniensi* tractu, in confinio *Senonensis* provinciae, 2. leucis à *Montargio* in *Boream*, & 25. à *Lutetia* in austrum.]

[*Ferrarius portus*, *Porto Ferrario*, portus *Italiae*, in *Ilua* insula, in ora *Tuscia*, sub dominio magni Ducis *Hetruriae*. Vide *Argous portus*.]

Ferratae aquae, *Ferrati* etiam vulgò, aquae in *Hetruria*, apud *Centum cellas*, ex vicinis montibus profluentes, salubres, teste *Mercuriali*.

Ferrea Porta, quae & *Caucasiae*, ab aliis *Ferreae Portae* numero plurali, *Derbent*, urbs praecleara & emporium *Albaniae*, ad *Caspium mare*. Vide *Caucasiae Portae*.

[*Ferreta*, *Ferrette*, urbs *Germaniae*, in *Alsatia*, ad *Helleli* fluvij fontes, caput Comitatus cognominis seu *Sundgovia*. Vix 3. leucis distat à *Basilea* in occasum; subestque dominio Regis *Francorum* pace *Monasteriensi*. A *Germanis* *Phirt* dicitur.]

[*Ferri insula*, isle de *Fer Gallis*, isla de *Hierro Hispanis*, insula *Africae*, in *Oceano Atlantico*, una ex *Canariis*, maximè in occasum extensa. *Pluvialia* aliàs dicta fuit. In ipsius parte occidentali *Franci* assignant primum *Meridianum longitudinis* ab anno 1634. jubente *Ludovico XIII.* cum peritissimos in hac arte adhibuisset consultores.]

Fertini, populi, non in *Istria*, ut in *Thefauro* *Linguae Latinae*, sed in *Venetia*. Vide *Feltria*, quae est illorum urbs.

Fescennia, *Fescennium Solino*, *Phescennium Castroni*, *Citta Castellana*, teste *Erythraeo*, cum *Ligorio*, & aliis, urbs episcopalis *Hetruriae*, *Faleriae Faliscæque* urbibus finitima, inde 6. hinc 4. mill. pass. plus minùs distans, ab urbe *Roma* 28. *Ocriculum* versus. Hinc *Fescenninus*, a, um. *Virgilius* libro 7. *Aeneidos*:

Hi Fescenninas acies, equosque Faliscos.

Fescenninum oppidum *Campaniae* legitur in *Thefauro* *Linguae Latinae* ex *Servio*; sed uterque dicitur.

[*Fescennia* est *Galese*, oppidulum provinciae *Patrimony S. Petri*, ad *Tiberim* fluvium, Ducatus titulo insignitum, medium inter *Hortam* ad *Boream* & civitatem *Castellanam* ad austrum, *Brietio* & aliis testibus, 25. milliariibus distat à *Roma* in *Boream* *Tudertum* versus, 4. autem ab *Ocriculo*.]

Fesula, *Fesula Silio*, *Fesula Ptolemaeo*, *Fiesoli*, colonia & urbs episcopalis *Hetruriae*, excisa, apud *Florentiam*, inde 2. mill. pass. in proximo colle, ubi manet *Ecclesia cathedralis*, cum aliquot aedibus & cœnobiis; una ex 12. primis *Etruscorum* coloniis, à *Gothis* everfa. De qua *Silius* libr. 8.

Affuit & sacris interpret fulminis alis Fesula.

[*Fetum*, *Fetu*, regnum parvum *Africae*, in *Guinea* regione, & in ora *Aurea* dicta, cum oppido cognomine, versus promontorium *Corsum*.]

[*Fezza*, *Fez*, *Hispanis Fezza*, urbs *Africae* clarissima & per ampla, regni *Fezzani* caput, in *Barbaria*, sub dominio Regis *Marrochi*. Sed deficit in dies à multis annis. Est in provincia *Fezza* dicta. Quibusdam est *Volubilis* antiquorum; & paucis abhinc annis subest Regi *Tafileta* cum regnis *Fezza* & *Marochij*.]

[*Fezzanum regnum*, royaume de *Fez*, regnum amplum *Africae*, in *Mauritania Tingitana*, nunc in *Barbaria* regione, *Marrochij* regno unitum à quamplurimis annis, inter ipsum ad austrum & fretum *Herculeum* ad *Boream*. Ad occasum habet *Oceanum Atlanticum*, & ad ortum regnum *Algerij*. Ejus provinciae sunt *Hasbata*, *Errifis*, *Gareta*, *Afgara*, *Fezza*, *Temesna*, & *Chaus*; & regni primaria est *Fezza*. Urbes tamen littorales regni ad *Oceanum* & ad mare *Mediterraneum* pro majori parte aliorum subsunt dominio. Sed totum regnum simul cum regno *Marochi* à paucis annis subest Regi *Tafileta*.]

[*Fezzena regio, & Desertum Africa, in tractu Biledulgeridis, vulgò Fezzen, cum oppido cognomine, Sanuto & aliis testibus, trans montes, & prope Gademessam regionem.*]

Cic. Sil. Fibrenus, *Fiume della Posta*, teste Sanfelicio, fluvius Latij, in Lirim infra Arpinum influens, post Interamnam castrum. De quo Silius libr. 8.

Atqui Fibreno miscentem flumina Lirim.

Liv. Plin. Ficana, quæ & Ficulnea, oppidum erat Latij, ab urbe Roma 11. mill. pass. via Ostiensi distans.

Plin. Itol. Ficaria, *Serpentaria*, teste Leandro, insula parva Sardiniae, oræ adjacens orientali, apud Carbonariam promontorium, à Calari urbe ad 30. mill. pass. in ortum distans, ubi ora in Boream flectitur.

[*Ficaria insula quibusdam est Serpentera. Cluverio autem Coltelazo, in eodem tractu, utraque parva admodum, & 20. tantum miliaribus à Calari in ortum.*]

Vet. Inf. Ficelia, qua & Vosavia, postea Vvesalia, *Oberwesel*, teste Rhenano, oppidum Germaniae superioris, ad Rhenum, medium inter Bingium & Bodbobrigam, 3. leucis distans, à Moguntia 7. Est & altera Vvesalia in Germania inferiori ad Rhenum, in Ducatu Clivenfi, urbs libera & ampla, inter Duffeldorpium ad meridiem 6. & Arenacum ad Boream 7. leuc. à Colonia Agrippina ferè 12. à Clivia 4.

[*Fichiena, Fichien, provincia regni Sinarum, in parte australi, versus Oceanum Indicum & Cantanum provinciam. Urbem habet primariam Fuceu Fudictam, teste Martinio.*]

Vet. Inf. Ficole, quæ & Phycocle, & ut plerique legunt, ac in Martyrologio Romano, *Phicode, Cervia*, urbs Æmiliae episcopalis sub Archiepiscopo Ravennate, inde in ora littorea 12. mill. pass. Ariminum versus 23. in ortum recedens, ubi falis ingens proventus, ceterum ob aëris insalubritatem à paucis habitata.

[*Ficocle, Cervia, sedet in oramaris Hadriatici, inter ostia Savij fluvij & Rubiconis, 18. miliaribus à Foro Livij in ortum, & paulò minus à Sarsina in Boream; subestque dominio Summi Pontificis, in Romandiola provincia.*]

Strab. Liv. Fidenæ, Fidena Juvenali, *Fidene Livio, Castel Iubileo*, teste Nicolao Erythraeo, colonia & urbs olim Latij, ab Ascanio Æneæ filio condita, teste Solino, una cum Alba longa, & Antio, sed à Marco Æmilio, quod à Romanis rebellasset, funditus everfa, nunc exiguum castrum, ab urbe 40. stadiis, teste Halicarnasso, distans. Populi Fidenates Plinio. Ejus meminit inter alios Virgilius libro 6. Æneidos:

Hi tibi Nomentum, Gabios, urbemque Fidenam. In agro Fidenate non reperiri ciconias auctor est Plinius, quæ nec lacum Larium transvolant.

[*Fidena, seu Fidena, nunc Castel Iubileo dicitur; estque vicus tantum Sabine provinciae, ad Tiberim fluvium, paucis constans incolis, 5. miliaribus ab urbe Roma Eretum versus.*]

Liv. Prolog. Ant. Fidentia, quæ & Iulia, in martyrologio Romano & veteri inscriptione Iulia Fidentia, *Borgo di S. Donnino*, urbs Galliae Togatae, in Lombardia Cispadana, inter Placentiam 20. & Parmam ad ortum 15. mill. pass. diù sine sede episcopali, quæ illi nostra tempestate restituta fuit, sub Archiepiscopo Bononiensi, Fidentiola Livio, nunc in Ducatu Parmensi contenta. Populi Fidentini Plinio. De Fidentia libro 3. Itinerarij:

Veraque si memorant, olim Fidentia dicta.

Ant. Fidentiola verò, vulgò *Fiorenzuola*, oppidum est inter Placentiam 12. & Fidentiam 8. mill. pass.

[*Figeacum, Figeac, urbs est parva Galliae, in Aquitania, & in Cadurcensi provincia, ad amnem Sele, 9. leucis à Cadurco in ortum, in confinio Alvergie.*]

Figulnensis Porta, quæ & Viminalis, *Porta di Fesio & S. Agnese*, teste Marliano, & Fulvio, una ex urbis Romæ portis, per quam in Sabinos Nomentum usque ibatur: quæ & Ficulnensis.

[*Figulnensis porta, quæ & Numentana, nunc Porta Pia dicitur, seu etiam Porta di S. Agnese; estque in monte Quirinaldi, inter portam Salariam & Viminalem, Famiano Nardino, & aliis testibus, & ut ego ipse sepiissime vidi. Dicitur melius Ficulnensis. Vide Numentana porta.*]

[*Fillecum, Fillex, oppidum munitum Hungariae Austriacae, in confinio ditionis Turcicae, 5. leucis ab Agria in Boream, & totidem à Cassovia in occasum, juxta amnem Gaium.*]

[*Fime, Fimes, oppidum Galliae, in Campania provincia, juxta Vidulam fluvium, ubi recipit Noram amnem, in Rhenensi tractu, & in confinio Insulae Franciae, 5. leucis à Rhemis in ortum. Dicitur & Ad Fines.*]

Fimeria, quæ & Cimbria parva apud Albertum script. Crantzius dicitur, *Femerem*, insula Holfatiæ, seu Cimbricae peninsulae ad ortum adjacens.

[*Finalium, seu Finarium, Finale, oppidum Italiae, in ora occidentali Genuensi, Marchionatus cognominis caput. Alias Marchiones habuit proprios è gente Carretorum; sed à 70. annis subest dominio Regis Hispaniae. Arcem habet probè munitam cum duobus fortalitiis; estque medium inter Savonam ad ortum & Albengam ad occasum.*]

[*Finalium, Finale cognomento de Modena, oppidum Italiae, in ditione Ducis Mutinae, ad Panarum fluvium, in limite Ferrariensi, satis munitum. Distat tantum 18. miliaribus à Ferraria in occasum.*]

Fines & Ad fines, *Tuyn*, oppidum Belgij, ad Sabim fluvium, in ditione Leodiensi, in Namurcensis, & Hannoniae Comitatum confinio, inter Montes urbem Hannoniae 4. & Carolomontium oppidum Namurcensis Comitatus 7. leucis. Est & oppidum Germaniae superioris in Helvetiis, quod *Pfir* nunc dicitur, penè jacens, apud Constantiam miliario Helvetico, Vitodurum versus 2. ad Durium vel Taurum fluvium. Fines quoque oppidum Pannoniae superioris, in Hungaria, quod *Samaguar*, teste Lazio, nominatur, à Vesprinio & Alba Iulia 6. leucis in meridiem, Comitatus Coppano proximum, 2. distans.

Finni, populi Scandinaviae, quorum regio *Scriffinia*, vel *Scriffinnia*, & *Finlandia* dicitur. Vide *Fenni*.

[*Finnicum mare, Golfe de Finlande, sive Finnicus sinus, à mari Baltico secedens, inter Finnoniam & Livoniam, per ducenta & quinquaginta millia passuum ad Orientem se se extendit.*]

[*Finnonia, seu Finnia, Finlande, regnum olim fuit, nunc regni tantum Suecici pars, juxta mare Balticum & sinus Finnicum & Bothnicum. In plures provincias dividitur & partes, nempe in Finnam seu Finlandiam propriam, Caiariam, Tavasthiam, Nylandiam, Careliam, & Savolaxiam. Finnia propria, quæ & nobilior & australior, dividitur in septentrionalem, cujus caput Biorneburgum, ad sinum Bothnicum, & in meridionalem, cujus primaria uti & totius regionis est Aboa, ad ostia fluvij Aurojoki in sinum Finnicum, & è regione Alandiae insulae.*]

[*Fionia, Fuinen, insula Daniae, in mari Baltico, inter Iutiam ad occasum, à qua separatur exiguo fretto, Middelfart seu Cleyne Belt dicto, & Selandiam ad ortum, à quo etiam separatur fretto die Belt. Ibi Ottonia, Odensee, urbs primaria, & Neoburgum oppidum munitum, cum portu & arce. 4. miliaribus Germanicis à Selandia distat. Ejus longitudo ab ortu in occasum est 10. miliarium Germanicorum, latitudo*

vanum octo; subistque Regi Danica. Sed antea malè habita fuit à Suecis. A figura & situs amoenitate & elegantia nomen mutuatur. In ea cernuntur quatuor arces regie, Neuburg, Hagenschow, Hinfagel, & Escheburg, pagi 264. & cœnobio sex.]

[Firaſi, populi Scandinaviae Ptolemaeo, Eorum regio hodie dicitur Fiering, in regno Sueciae, teste Brientio.]

[Firandum, oppidum Aſia, in Iaponia inſula, in ea parte que Ximo dicitur, cum inſula cognomine, in ora littorali in occaſum & verſus Nangafacum, Brientio teſte.]

Plin. Firmanorum Caſtellum, Firmiano, teſte Francoſco Pamphilo, caſtrum Piceni, Firmo urbi vicinum. Eſt & Firmanum, Formiano vel Formignano. à oppidum Umbriae apud Metaurum fluvium, à Foro Sempronij 8. mill. paſſ. in Ducatu Urbinate.

[Firmitas ad Albulam, la Fertè ſur Aube, oppidum Gallie, in Campania provincia, ad Albulam fluvium, vix 4. leucis ſupra Barium in auſtrum, in conſinio Burgundie.]

[Firmitas Auculphi, ſeu ſubter Iotrum, la Fertè ſous Iovare, oppidum Gallie, in Bria regione, Campanie annexa, ad Maronam fluvium, medium inter Meldas ad occaſum & Caſtrum Theodorici ad ortum.]

[Firmitas Bernardi, la Fertè Bernard, oppidum Gallie amplum, in Cenomanenſi provincia, ad Huiſnam fluvium, verſus Perticenfem tractum, 12. leucis à Cenomano in ortum.]

[Firmitas Milonis, la Fertè Milon, urbs Gallie, in provincia Inſulae Franciae, inter Sueſſiones ad Boream & Meldas ad auſtrum ferè media.]

Procl. Firmium, Firmum Ciceroni, Straboni, Fermo, colonia & urbs archiepiſcopalis Piceni, poſt Anconam in Marchia Anconitana urbs primaria, apud oram maris Hadriatici, media ferè inter Laurum & Auculum ad 15. mill. paſſ. ab Ancona 40. in ortum & Eorum. Populi Firmani Plinio, Firmiani Livio. [Alii idem eſt Firmum cum Firmanorum Caſtello.]

[Firmium, Fermo, urbs eſt Italiae, in ditone Pontificia, & in Marchia Anconitana. 18. milliaribus diſtat à Laureo in auſtrum, & 25. ab Aſculo in Boream, uti à Macerata in ortum.]

Plin. Fiſcellus mons, Monte Fiſcello etiam vulgò, & Monte di Norcia, montis Appennini ramentum, in Umbria, juxta Piceni & Sabinorum conſinia: ex quo Nar fluvius profluat, & ubi antrum Sibyllae eſſe fertur, unde & Monte della Sibilla dicitur. Ejus meminit Silius lib. 8.

Quae Fiſcelle tuas arces, Pinnamque virentem.

Procl. * Fiſera, Figeri ſeu Figari Pineto, oppidum olim, nunc pagus Corſicae, in ora occidua & auſtrali, apud Marianum promontorium, inter Adiacium urbem & Bonifacium oppidum ad 30. mill. paſſ. inde in Boream. [* Quae in manuſcripto Selden.]

[Fiſa, Fiſe, provincia ſatis ampla Scotia meridionalis, inter eſtuaria Tavi & Fortheam extenſa verſus Oceanum Germanicum. Ibi urbs primaria Andrapolis ſeu Fanum S. Andrae. Pars eſt veteris Orolinae, & olim dicta fuit Roſſia, id eſt, peninſula. Ab occidente Ocellis montibus ſeparatur à Laudonia provincia: ejuſque circuitus eſt octuoginta quatuor milliarium.]

[Fiſci campus, Feſcamp, oppidum Gallie, in Normannia provincia, & in Calctenſi tractu, cum Abbatia & portu in ora littorali maris Britannici, inter Portum Gratiae & Deppam.]

Strab. Flaminia Via, ab urbe Roma Ariminum uſque perducta, per Otriculum, Narniam, Spoletium, Forum Flaminij, Heluillum, Callem, Forum Sem-

pronij, Fanum Fortunae, & Piſaurum ex Itinerario Antonini Auguſti, à Flaminio Conſule, qui ad lacum Traſimenum ab Hannibale caeſus eſt, ſtrata De qua Ovidius libro 1. de Ponto, elegia 9.

Speſtat Flaminia Claudia juncta via.

Flaminia etiam, regio Galliae Togatae, ſive Aemiliae, quae nunc Romandiola, & vulgò la Romagna dicitur, à Paulo Diacono memorata, non apud veteres. Cujus metropolis Ravenna, & Bononia recens metropolis primaria.

Flanaticus Sinus, Flanonicus Stephano, Polaticus Melae, Liburnicus Oroſio, ſinus maris Hadriatici, inter Iſtriam & Liburniam, il Quarnero. Populi Flanates Plinio.

[Flandria, Vlaenderen incolis, Flandre Gallis, Flandes Hiſpanis, & Fiandra Italis, provincia Belgij maxima & cultiſſima, Comitatus titulo inſignita, Habet à ſeptentr. Oceanum Germanicum & Zelandiam, ab oriente Brabantiam, ab occidente Picardiam & Artoſiam, & à meridie Hannoniam; partiturque in tres partes, nempe in Flandriam Teutonicam ſeu propriam, quae ad occaſum, in Flandriam Gallicanam, quae ad meridiem, & in Flandriam Imperialem, quae ad orientem extenditur. Antea tota ſuberat dominio Regis Hiſpaniae; ſed à multo tempore pars Zelandiae propinqua paret Hollandis, & media ferè pars totius provincia Regis Francorum agnoſcit imperium à paucis annis, cum Flandria Gallicana. Totius regionis caput eſt Gandavum.]

[Flandriae urbes praecipuae:

Aldenarda, Oudenarde, in ditone Francorum.

Aloſtum, Aelſt, Gallis Aloſt, in ditone Hiſpanorum.

Armentaria, Armentiers, Francorum.

Axella, Axel, Hollandorum.

Baſſea, la Baſſée, Francorum.

Brugae, Bruges, Hiſpanorum.

Burburgus, Bourbourg, Francorum.

Claufule, Sluys, Gallis l'Ecluſe, Hollandorum.

Cortracum, Cortricht Gallis Courtray, Francorum.

Dannum, Dam, Hiſpanorum.

Dixmuda, Dixmude, Hiſpanorum.

Duacum, Douay, Francorum.

Dunquerca, Duinkerke, Gallis Dunquerque, Francorum.

Furne, Veurnes, Gallis Furnes, Francorum.

Gandavum, Ghendt, Gallis Gand, Hiſpanorum.

Gerardimontium, Geertsberg, Gallis Grandmont, Hiſpanorum.

Gravelinga, Grevelinghen, Gallis Gravelines, Francorum.

Hulſtum, Hulſt, Hollandorum.

Inſula, Riſſel, Gallis Lille, Francorum.

Ipre, Iperen, Gallis Ipre, Hiſpanorum.

Menina, Menin, Francorum.

Neoportus, Nieuport, Hiſpanorum.

Oſtenda, Oſtende, Hiſpanorum.

Teneramunda, Dermonde, Hiſpanorum.

Tornacum, Dornick, Gallis Tournay, Francorum.

Vinociberga, Vinoxberg, Gallis Bergues S. Vinoc, Francorum.]

Flanona, & Flavona, ut alij habent codices, Fianona, oppidum Iſtriae, apud limites Liburniae, ab Alvona oppido 4. mill. paſſ. in Boream, à Pola urbe 25. apud Arſia fluvij oſtia.

[Flanona ſeu Flavona, oppidum alias Liburniae, nunc Iſtriae, in ora maris Adriatici & ſinus Flanatici, ſub dominio Venetorum, cum portu ſatis capaci. 12. milliaribus diſtat ab oſtio Arſia fluvij in ſeptentrionem.]

- Iustin. Mart.* Flavia, colonia & urbs Palæstinae, eadem Neapoli urbi Samariae, patria Iustini Philosophi & martyris. Vide Neapolis. Aliis Cæsarea Palæstinae esse putatur.
- Scrip. Gall. Vet. inf.* Flavia Æduorum, *Flavigny*, ut nonnullis videtur, oppidum Galliae Celticae, cum cœnobio, in Burgundia Ducatu, non in Sequanis, ut scribit Ortelius, apud Semurium 2. leucis distans. Sed Flavia ex panegyrico Constantini Magni est ipsa Æduorum urbs Augustodunum, teste Paradino; *Flavigny* verò Flaviniacum est, inter Divionem & Semurium.
- Ptol.* Flavia Gallica, *Fraga*, teste Varrerio, oppidum Hispaniae Tarraconensis, in Aragonia, à Montione 4. leucis, ab Ilerda 2. à Cæsaraugusta 21.
[*Flavia Gallica seu Gallica Flavia*, oppidum *Illergetum*, nunc *Fraga*, Gallis *Fragues*, oppidum munitum *Aragonia*, ad *Cincam* fluvium, in limite *Catalonia*. 3. leucis distat ab *Ilerda* in occasum, & 18. à *Cæsaraugusta* in ortum.]
- Ptol.* Flavia Lambris, *S. Maria Finis terra*, teste Tarapha, oppidum Hispaniae Tarraconensis, in ora Gallæciae, apud Nerium promontorium, à Compostella 16. leucis. Sed hoc oppidum littorale est; Flavia Lambris verò mediterraneum, quod aliis *Fuenfria*, oppidum inter Villam Francam ad ortum 9. & Sarriam ad occasum 6. leuc. à Compostella ad 27. distans in ortum.
[*Flavia Lambris Bediorum*, oppidum *Callaicorum*, quibusdam est *Fuenfria*, castrum versus limites *Asturie*. Alijs autem est *Rivadavia*, oppidum ad *Minium* fluvium versus confinia *Portugalliae*, 8. leucis supra *Tyde* in ortum.]
- Scrip. Ger.* Flaviana ala, & Flaviana castra, ac Flavianum, sic à Flavio Tiberij Cæsaris præfecto *Vien.* & *Italis Viena*, teste Lazio, *Vienne* Gallis, urbs episcopalis Pannoniae superioris, ad Danubium, Austriae metropolis clarissima, inter Pragam 36. & Budam in ortum 30. leucis. Vide Iuliobona, & Vindobona.
- Cat.* Flavianum, quod & Flavianum legitur, *Foiano*, oppidulum Hetruriae, ad Tiberim, in finibus Faliscorum, ab urbe ad 24. mill. pass. Flavinium Virgilio libro 7. *Aeneidos*: unde Flavinius, a, um.
Hi Soractis habent arces, Flaviniâque arva.
Flavina apud Silium libr. 8.
Quique tuos Flavina focos, Sabatia quique.
- Ptol.* Flavias, quæ & Flaviopolis, *Flipoli* ex tabulis recentibus, urbs Ciliciæ mediterranea, olim episcopalis sub Archiepiscopo Seleuciensi, nunc vicus.
[* in Seldeni manuscripto *Φαυόπολις*.]
Flaviniacum, *Flavigny*, oppidum Burgundiae. Vide Flavia Æduorum.
- Ptol.* Flaviobriga, *Bermeo*, teste Morali, oppidum Hispaniae Tarraconensis, apud oram Oceani Cantabrici, ad Nervium fluvium, à littore 2. leuc. ubi Amanum portus Plinio. Sed alijs est *Bilbao*, quod à Bermeo 5. leucis in occasum distat, à Burgis 30. in Boream, à littore 2. urbs Cantabrorum primaria. Sed *Bilbaum* anno salutis 1298. ædificatum est, teste Ioanne Mariana libro 15. cap. 3.
[*Flaviobriga*, urbs *Aurigonum*, in *Cantabris*, quæ antea *Portus Amanus*: Nunc est *Bilbao*, urbs *Biscaje* primaria, ad *Nervam* fluvium, qui 2. leucis infra in Oceanum *Cantabricum* se exonerat; estque ampla & elegans, emporiumque celebre, 14. leucis à fano *S. Andrea* in ortum.]
- Ptol.* Flavionavia, quod & Flavion Avia separatim scribitur, *S. Ander Villanovano* & *Coquo*, oppidum præclarum Hispaniae, in ora Cantabriae, à Flaviobriga seu *Bilbao* 14. leuc. in occasum.
- Ptol.* Flaviopolis, quæ & *Cratia*, urbs Bithyniae, in ea parte quæ *Honorias* dicta est, episcopalis sub Ar-
- chiepiscopo Gangrensi, vel, ut alij scribunt, sub Archiepiscopo Claudiopolitano. Sic etiam Zela urbs Thraciae dicta est, teste Plinio.
- Flavium, *S. Andres*, teste Lazio, urbs Norici episcopalis sub Archiepiscopo Salisburgensi, quæ & *Lavantum*, *Lavandt*, ad fluvium cognominem, qui in *Draum* labitur, inter *Vacorium* & *Græcium* ad ortum 10. leuc. à *Claudia* 6. Quæ urbs alijs *Solva* à Plinio dicta putatur; vel non procul certè abest; cum *Solva*, teste Lazio, jaceat.
[*Flavium*, *S. Andres*, urbs est *Carinthiae Ducatus*; subest tamen Archiepiscopo *Salisburgensi*, ad *Lavantum* fluvium, qui duabus leucis infra in *Draum* se exonerat. Distat 9. miliaribus *Germanicis* à *Labaco* in *Boream*, estque media inter *Claudiam* ad occasum & *Græcium* ad ortum.]
- Flavium Arvense, *Alcolea*, teste Morali, oppidum Hispaniae Bæticae, in *Vandalia*, ab *Hispali* 8. leucis distans.
- Flavium Axalitanum; quod & *Axalita*, *Lora*, teste Morali, ac *Clusio*, oppidum Hispaniae Bæticae, in *Vandalia*, apud *Bætim* fluvium, inter *Hispalim* 9. & *Cordubam* 13. leucis, olim municipium.
- * Flavium Brigantium, *Brigantium Antonino* & *Dioni*, *Brigantia Orosio*, *Betanzos*, urbs Hispaniae Tarraconensis, in *Callaicis*, apud *Caronium* urbem, in ora, inde 3. leuc. distans. à *Compostella* 8. Sic *Antoninus Beutherus*, *Henricus Coquus*, & *Ioannes Mariana* sentiunt. At *Morali*, *Taraphæ*, & *Villanovano* est ipsa *Compostella* urbs, vulgò *Sant Iago*, & *S. Iago di Compostella*, à *Caronio* 10. leucis ferè in austrum distans. *Floriano* verò est ipsum *Caronium*. Sed cum apud *Ptolemæum* urbes diversæ sint *Caronium* & *Brigantium*, non rectè sentit *Florianus*, nisi sit ipsius *Caronij* portus: & quoniam ex *Ptolemæi* descriptione *Flavium Brigantium* parum ab ora littorea recedit, ipsique *Caronio* propinquum, priori sententiæ subscribo. Sic autem à *Vespasiano Imperatore*, qui *Flavius* cognominatus est, dictum putatur. [* in manuscripto *Seldeni* *Φεβύριον Βεργάτιον*.]
- Flavona. Vide Flanona.
- [*Flenzburgum*, *Flenstbourg*, urbs *Dania*, in *Iutia* & *Ducatu Slesvicensi*, ad sinum parvum cognominem, cum portu capaci & castro, 4. leucis *Germanicis* ab *Alsena* insula in occasum, totidem à *Slesvico* ad *Boream*, & 9. ab *Otonia* ad austrum; subestque *Regi Dania*.]
- [*Flessinga*, *Vlissinghen incolis*, *Flessingues Gallis*, urbs *Belgij*, in *Zelandia* provincia, & in *Valachria* insula, permunita, & cum portu commodo, in ditione *Batavorum*, & sub dominio utili *Principis Arauscani*. Vix una leuca distat à *Midelburgo* in occasum, & 3. à *Clausulis* in ortum. 7. autem à *Gandavo* in *Boream*.]
- [*Fletio*, *Flueten*, vicus, 5. mill. pass. ab oppido *Woerden*, in dominio *Ultrajectensi*, sub *Batavis*, medius ferè inter *Voerden* & *Ultrajectum*, teste *Cluverio*.]
- [*Flevo*, seu *Fletio* quibusdam, insula *Frisiorum*, in *Flevo* lacu, ubi nunc, *Ortelio* teste, insula *Ens* & *Vix*, in sinu de *Zuidersée*. *Cluverius* autem putat à mari absorptam fuisse, ubi sunt nunc *Brevia* het *Brede* sant dicta, inter *Frisiam* occidentalem & *Vieringam* insulam, quod forsitan melius.]
- Flevo, insula *Rheni*, & *Vlie*, & *Flie*, teste *Ortelio*, dicitur, in ostio ipsius *Rheni*, apud *Hollandiam*.
- Flevum, *Flevi* lacus *Tacito*, *Sudersée*. & *Zuydersée*, sinus maris *Germanici*, inter *Batavos* & *Frisios*, in quem *Rheni* alveus orientalis cum *Isala* apud *Campenam* urbem, inter illam & *Volenhq*,

viam oppidum, influit. Sed Flevum Plinio est ipsius Rheni ostium orientale.

Tac. Flevum Castellum, *Vollenhove*, teste Cyro Spangebergio, oppidum Frisiæ occidentalis, ad Flevum lacum, à Campena urbe Transisalanæ 2. leucis in Boream, à Stenvico oppido totidem in occasum. Sed Becano est *Fledorp*, oppidum ejusdem Frisiæ, in ora littorea ad Boream, apud Groningam urbem.

[*Flevum Castellum aliis fuit, ubi nunc vicus Oosteynde dictus, in parte Boreali insule Vlieland dictæ, ad ostium Flevi lacus seu maris Austrini, prope Rheni ostium orientale. Flevum dictum, her' Vlie, vix 3. leucis in occasum ab ora Frisiæ occidentalis, Sansone & aliis testibus.*]

Ant. Ptol. Lib. Not * Flexum, postea Pofonium seu Pisonium, *Presburg* Lazio & aliis, urbs Pannoniæ superioris, in Hungaria, apud fines Austriæ, ad Danubium, conventus Hungarici regni post amissam Budam, inter Viennam ad occasum 10. & Budam ad ortum 20. leuc. occurrens. [* *Φλέξ* in manuscripto Seldeni.]

[*Flexum quibusdam est Presbourg, urbs Hungariæ Austriacæ primaria, cum arce, ubi nunc Reges Hungariæ inaugurantur. 3. leucis distat à consinio Austriæ, 7. à Vienna in ortum, & 26. à Buda in Circium. Aliis autem Flexum est Owar, oppidum Hungariæ, quod à Germanis Altenburg dicitur, ad ramum inferiorem Danubij, ubi Leitam amnem recipit prope Schutiam insulam, & 2. leucis à Pofonio in austrum: quod melius.*]

[*Flintum, Flint, castrum Angliæ, in Vvalla Principatu, ad Deam estuarium. Hinc regio adjacens dicitur Comitatus Flintensis, Flintshire. Distat autem 9. milliariibus Anglicis à Cestria in occasum. Ibi Rex Richardus secundus perfidia Henrici Percij Comititis Northumbriæ traditus, in manus Henrici Ducis Lancastriæ devenit; inde captivus Londinum deductus, è regali solio depulsus est.*]

Ant. Ptol. Florentia, *Fiorenza*, seu *Firenze*, ut ipsi Florentini scribunt, Gallicè & Anglicè *Florence*, colonia & urbs archiepiscopalis, *Hetruriæ*, quæ magno Duci parer, caput, ampla, & elegantissima totius Italiæ, Arno fluvio divisa; olim libera, ac maximæ partis *Hetruriæ* domina, nunc verò Reipublicæ formam adhuc, sub magno tamen Duce ex Medicæa familia, servans. Populi Fluentini Plinio, Florentini Tacito, Florentia à Syllæ militibus anno ab urbe condita 645. ædificata: colonia postea à Cæsare Augusto, Marco Antonio, & Marco Lepido eò deducta. A Martino V. Pontifice Maximo archiepiscopalis effecta; Synodo generali, in qua Græci Latinis circa fidem consenserunt, sub Eugenio IV. Pontifice Maximo clara. De qua illud.

Nunc floret Florentia, quæ ante Fluentia dicta est.
Et libro 13. Itinerarij:

*Quo trajecto, altis monstrat Florentia turres,
Hetruscis caput.*

[*Florentia urbs est Tuscia primaria, duplici arce munita, cum palatio superbissimo, ubi per sepe magnus Dux commoratur; fuitque aliàs Reipublicæ perample caput, donec tandem Medicæis urbis dominatus cessit auctoritate Caroli V. Imperatoris, qui anno 1530. Alexandrum Medicem generum suum primum Florentia Ducem creavit. Ditio Florentina est satis ampla, & juxta Arnum fluvium. A septentrione separatur à Bononiensi tractu monte Apennino. Ad meridiam habet Senensem agrum, ad orientem Romanodiolam, & ad occidentem agros Pisanum & Lucensem. Florentia habitum fuit Concilium Occumenicum sive universale anno 1438. à Papa Eugenio IV. presente Ioanne Palaologo Imperatore Constantinopolitano.*]

Anton. Florentiola, *Firenzuola*, & *Fiorenzuola*, op-

pidum geminum; unum in *Tuscia*, apud *Vatrenum* fluvium, intra montes, inter *Bononiam* 30. & *Florentiam* 24. mill. pass. alterum in *Gallia Togata*, inter *Placentiam* 12. & *Parmam* 23. mill. à *Fidentia Julia* 8. *Placentiam* versùs.

Floriacum, Fleury, pagus *Galliæ Celticæ*, in *G. Tr. Burgundiæ Ducatu* & territorio *Divionensi*. *Floriacum* alterum ad *Ligerim* fluvium, in agro *Aurelianiensi*, pagus cum cœnobio, quod *Floriacense* nominatur, *Blesis* proximum.

[*Floriacum, Fleury, oppidulum est Ducatus Burgundiæ, ad Vschum amnem, 3. leucis à Divione in occasum. Floriacum alterum, Fleury, pagus est, 7. leucis ab Aureliis in ortum distans, ubi celebris Abbatia Floriacensis seu S. Benedicti, S. Benoist sur Loire dicta, 25. leucis à Blesis in ortum.*]

Ant. *Floriana*, oppidum *Pannoniæ inferioris*, nunc pagus, *S. Paul*, teste *Lazio*, apud *Danubium* fluvium & *Budam* urbem.

[*Florida, la Floride Gallis, Florida Hispanis, regio per ampla Americæ septentrionalis, ideo sic dicta, quia detecta fuit ab Hispanis die Dominica Palmatum; estque versùs sinum Mexicanum. Ibi Hispani possident arces S. Matthæi & S. Augustini, versùs oram littoralem, cum aliquot aliis parvi momenti. Angli verò à paucis annis occuparunt partem orientalem versùs montes Apalataos & fluvium Maij; habentque multas colonias in illo tractu, teste Bristochio.*]

[*Floriopolis, seu Fanum S. Flori, S. Flour, urbs Galliæ, in Alvernia provincia, in monte edito, episcopalis sub Archiepiscopo Bituricensi ab anno 1317. Quibusdam est Indiciacus antiquorum. Sedet ad radices montis le Cantal dicti, ad amnem Larder, versùs Gabalos, 15. leucis à Claromonte in austrum, & 13. ab Anicio in occasum.*]

Ant. *Florius, Ars*, teste *Moletio*, fluvius *Hispaniæ*, *Plin.* in *Callaicis*, apud *Nerium* promontorium, in *Oceanum* labens: qui *Vir Ptolemæo* dicitur.

[*Florum insula, Flores, insula ampla Asiæ, in mari Indico, ab ortu in occasum extensa, inter Favam & Timoris insulas, 40. leucis Hispanicis à Macassarina insula in austrum, sui juris, & ab Europæis nomine tantum nota, & versùs oram Borealem.*]

[*Florum insula, isla de Flores Lusitanis, insula maris Atlantici, & una ex Assoribus seu Tertiariis, sed parva, 80. leucis Gallicis à Tertiaria in occasum distat, sub dominio Regis Portugalliæ.*]

Plin. *Fluentini*, populi *Hetruriæ*, Arno appositi: qui *Fluorentini* putantur. Vnde & ipsa *Florentia Fluentia* dicta est.

Casur. *Flustates*, populi *Aquitaniæ*: quorum oppidum *Foix*, *Fuxum* Latino recenti, Comitatus insignis, inter *Tolosam* & *Conforannos*, inde 9. hinc 6. leucis distat. Sed sunt qui *Elufates* legendum velint: quorum urbs *Euse* nominatur.

[*Flussates, populi Aquitaniæ, melius Elufates dicti, prope Elusam urbem, Eause. Vide Elufates.*]

Ital. *Focaria, Monte di Pefaro*, teste *Blondo*, mons & promontorium *Vmbriæ*, inter *Pisaurum* propinquum, & *Fanum*. Sic in antiquis *Pisauri* annalibus.

Plin. *Focunates, Foucigny, vel Fossigny*, teste *Pingonio*, populi & oppidum *Sabaudiæ*. Sed *Simlero* est *vallis Suls*, quæ & *S. Bartholomæi* nominatur, inter *Tridentinos* & *Venetos*. Illud manifestum, eos esse *populos Alpinos*, in *Italia* apud *Plinium*, non in *Sabaudia*, quæ est in *Gallia* & in *Allobrogibus*.

[*Focunates populi sunt, quorum tractus Fossiniacum nunc dicitur, le Faussigny, in Ducatu Sabaudiæ, ad radices Alpium, & in consinio Valesiæ re-*

gionis. *Ejus primaria est Cluse.*]

[*Foggia*, Foggia, oppidum lepidum Italia, in regno Neapolitano, & in provincia Capitanata, tributo quod ibi solvitur celebre, vulgò la Dogana di Foggia, prope Cerbalum fluvium. Vix 8. milliariibus ab ora maris Adriatici, & 10. à Manfredonia in ortum distat.]

[*Fons Æthiopsis* erat in via quà ab Ierusalem Gazam itur, nec longè ab Azoto, teste Sansone: & is est ad cuius aquas Eunuchum Candacis Reginae Æthiopum baptizavit Philippus Diaconus, ut fidem faciunt sacra pagina Act. cap. 8.]

[*Fons Bellaqueus*, seu *Fons aqua pulchra*, Fontainebleau, burgus cultissimus Gallie, in provincia Insule Francie, & in Hurepæsis tractu, cum palatio superbissimo, à Francisco I. & Henrico IV. Regibus exstructo: ubi peramœnus Regis secessus, in medio sylvæ cognominis. Vix una leuca distat à fluvio Sequana, 4. à Meloduno, & 14. à Parisiis in austrum.]

[*Fons Ebraldi*, Fontevrault, oppidulum Gallie, in Andegavensi provincia, cum Abbatia per celebri Virginum, quarum Abbatissa etiam viris hujus Ordinis præst. Est in confinio Turonensis provincie. Vix una leuca distat à Ligeri fluvio, 3. à Salmurio in Eurum, & 5. à Chinonio in occasum.]

Lib. *Fons Hortorum*, fluvius Adonis, qui Canis nominatur, teste Postello, qui per Phœniciam ex monte Libano, seu Antilibano, in mare Syrium apud Berytum decurrit.

[*Fons Hortorum* puteus est aquarum viventium, quæ fluunt impetu de monte Libano.]

Plin. *Fons Iovis* apud Dodonem in Epiro mirus, faces extinctas accendens, & accensas extinguens.

Script. *Fons Rapidus*, *Fuente rabia*, *Fonterabia*, oppidum cum arce finitissima adversus Gallos Hispaniæ Tarraconensis, in ora Vardulorum, apud Olarfonem oppidum excisum, à Gothis anno salutis 625. conditum, inter Baionem urbem Aquitaniæ & Sebastianopolim oppidum 5. leucis distitum.

[*Fons Rapidus*, Fontarabie Gallis, oppidum est munitum Guipuscoe provincie, in ora maris Aquitanici, ad ostia Bidassæ fluvij, in ipso limite Gallie, 3. leucis à Sebastianopoli in ortum; eratque antiquitus in Aquitania, ut multi opinantur.]

Nomina fontium aliquot apud veteres:

Acidalia, Bœotia, apud Orchomenon.
 Aganippe, Bœotia, ad Heliconem montem.
 Albuneus, in Latio, apud Tybur.
 Arethusa, apud Syracusas, in Sicilia.
 Callirhoe, apud Athenas, in Attica.
 Castalius, Phocidis, ad Parnassi montis radices.
 Clitorius, apud Clitorium urbem Arcadia.
 Crunos, Attica.
 Cyane, apud Syracusas, in Sicilia.
 Dirce, apud Thebas, Bœotia.
 Dircenna, apud Bilbilim, Hispania.
 Gargaphie, apud Plateas, in Bœotia.
 Hippocrene, ad Heliconem montem.
 Libethros, Magnesia, in Thessalia.
 Liriope, apud Thespias, in Bœotia; ubi Narcissus puer suffocatus.
 Magæa, apud Syracusas, in Sicilia.
 Salmacis, Caria, apud Halicarnassum, qui & Salmacis.
 Virbius, Laconia, in Peloponneso.

Martyrol. Fontanella, pagus Gallie Celtica, ad Sequanam fluvium, in territorio Rothomagensi, cum cœnobio celeberrimo, à Rothomago 12. mill. pass. distans Parisiis versus, Fontanelle.

Fontecli, la Fondazza, pagus olim Æmilia, nunc rus, cum castro parvo diruto, inter Placentiam &

Parmam, à Placentia 13. mill. pass. post Florentiolam oppidum distans.

[*Fonteneum*, Fontenay le Comte, urbs Gallie lepidi, in Pictavensi provincia inferiori, ad radices collis, ad amnem Vendeam, dives effecta ob nundinas. 5. leucis distat à Marano in Boream, & 3. à Malleaco, 7. autem ab ora Oceani Aquitanici.]

Fontes, pagus Insubria, apud Aronam, qui & Fontanetum nunc dicitur, à multis fontibus ibi sca- tentibus dictus, ubi plures exstant inscriptiones antiquæ marmoreæ.

Fontes Aponi, *Bagni d' Abano*, balnea cum vico, Sueton. in agro Patavino, quæ Plinio Aquæ Patavinae dicuntur. Vide Aponus.

[*Forbisherij fretum*, in Gronelandia. Vide fretum Forbisherij.]

[*Forchena*, Forchaim, oppidum Germanie, in Franconia, ad confluentes Vvisenti & Regnii fluviorum, ubi castrum permunitum, sub dominio Episcopi Bambergensis. 4. milliariibus Germanicis distat à Bamberga in meridiem Norimbergam versus, à qua 5. leucis distat. Quibusdam est Trutavia.]

Fordunum, Fordon, oppidum Scotiæ amplum, scrip. & Mernia regionis primum, ubi corpus D. Pal. Scot. ladij Scotorum Apostoli præcipue colitur, ab Aberdonia 15. mill. distans in Africum.

Forentani, populi Apulia, sive Lucania in confinio, quorum oppidum Forentum, Ferentum, ut videtur apud Horatium Forenzo, à Venusia 9. mill. in ortum Acherontiam versus recedens. [*Vide Ferentum.*]

Formia, quæ & Phormia, & Hormia Græcis, Cic. colonia & urbs episcopalis, antiqua Læstrygonum Liv. sedes, à Saracenis excisa, in Latio novo, nunc verò Strab. in Campaniæ ora littorali, inter Cajetam ad occasum 4. & Minturnas ad ortum 9. mill. pass. occurrrens, ubi nunc *Mola* pagus elegans & amœnus, qui non ipsæ Formia, sed potius Molæ Formianæ à Cicerone memoratæ, est. Sedes hujus urbis, prorsus everfæ apud Molam, episcopalis Cajetam translata est. Cavendus est error hinc Strabonis, Formias à Tarracina 400. stadiis distare scribentis, cum neque 200. distent. Hinc sinus Formianus, *Golfo di Gaier-ta*. Hujus urbis meminit Martialis libr. 10. ep. 30.

O temperata dulce Formia litus.

ubi Formiæ numero singulari.

Formianum villa Ciceronis erat, in agro Formiano: cujus locus adhuc vulgò *Ciceron*, teste Smetio, nominatur. Hinc Formianus, a, um. Horatius l. i. carm. od. 20.

Temperant vites, neque Formiani

Pocula colles.

Formio, *Risano*, teste Vergerio cum Leandro, Ptol. fluvius Istriæ, in mare Hadriaticum inter Tergestum & Iustinopolim influens: ostia à Tergesto 6. mill. pass. absunt.

[*Formio amnis* est parvus Istriæ, in mare Adriaticum & sinum Tergestinum cadens, 2. milliariibus à Iustinopoli in Boream, & 6. à Tergeste in austrum.]

[*Formosa*, Formosa, Gallis Belle Isle, insula Asia, in Oceano orientali Sinico, & inter Sinas & Lusoniam insulam: cujus oppidum præcipuum est Tayoan, in ora. Ante aliquot annos tota paruit Hollandis, sed ab ipsa ejecti sunt à Sinis novissimè. Insula est probe culta & valde fertilis.]

Foroaugustani, populi Hispaniæ Tarraconensis: quorum urbs Libifosa.

[*Foro-Julienis ager*, seu *Foro-Julium*, Friuli, Gallis le Frioul, provincia Italia, in dominio Veneto. Vide Forum Julium.]

[*Forteventura*, Fortaventure, insula Africa, in mari Atlantico, & una ex Canariis, versus ortum &

oram Africa. Oppidum habet cognomine in ora australi; aliâsq; Casperia dicta fuit. Subest Regi Hispania cum aliis Canariis seu Fortunatis. 26. leucis Hispanicis distat ab ora Africa.]

Script.
Scot.

Forthea, Fyrth, vel Frith, fluvius ingens Scotiae, Edimburgum regiam Scotorum præterluens, qui Loxa Ptolemæo dicitur [ut nonnullis videtur.] Vide Bodotria.

[Forthea, Forth, fluvius Scotia meridionalis. Oritur in confinio Lennoxia provincie, deinde Strivelinum urbem rigat, & paulò infra multis auctus fluvius, in æstuarium Bodotriam se exonerat, quod ab eo etiam Forthea dicitur, nunc Fyrth of Forth; extenditurque inter Fisam & Laudoniam provincias. Non rigat Edimburgum; sed ab ea urbe distat tantum una leuca in Boream Forthea æstuarium.]

Lib. Nor

Fortia Castra, Sterczing, teste Lazio, vel Sterzingen, oppidum Norici, in Rhætiae confinio, in Comitatu Tyrolensi, non obscurum, inter Brixinonem 4. & Oenipontem ad arctos vergentem 6. leucis, quod & Stiriacum etiam Latine dicitur.

[Fortune Divina insula, Iland of Good Fortuyn Anglis, insula America septentrionalis, versus terras Arcticas, & ad ostium orientale Freti Hudsonis, detecta ab Anglis hinc ultimis temporibus.]

Strab.

Fortunæ Templum erat in Campania, inter Calles & Teanum urbes propinquas, 4. tantum inter se mill. pass. distantes.

Plin.
Ptol.
& al.

Fortunatae insulae, maris Atlantici, quæ Isole Canarie hodie, & Hispanis Islas de Canaria, dicuntur. Quarum nomina apud Plinium sunt Omnibrio, Iunonia gemina, Capraria, Nivaria, & Canaria. Apud Ptolemæum verò Aprofitos, Heras, Pluitalia, Casperia, Canaria, & Centuria. Absunt à Gadibus in Notolibycum 230. leucis Hispanicis, in navigatione ad orbem novum occurrentes, sub Hispanis. Nunc 7. sunt, una earum in duas fortè maris æstu divisa.

[Fortunata insula, nunc Canarie dicta, les Canaries Gallis, detectæ fuerunt à Joanne Betencurrio Gallo; & 20. aut 30. circiter leucis distant ab ora littorali Africae & regionis Biledulgerid. Earum orientalis est Forteventura; insula autem Ferri est occidentalis. Vide Canarie insulae.]

Strab.
Liv.
& al.

Foruli, vicus Sabinorum, in rupe prærupta apud Marforum confinia, adhuc vulgò Foro diæctus, apud Himellæ fluvij ortum. Cujus meminit Virgilius libro 7. Æneidos:

Casperiamque colunt, Forulosque, & flumen Himellæ. [Forum Adriani nunc est Woorburg, vicus in Hollandia. Cluverio teste.]

Tac.

Forum Alieni, oppidum Æmiliae, apud Padum fluvium, ubi nunc Ferraria urbs, Ferrara, teste Joanne Bocatio, cum aliis, inter Bononiam 32. & Patavium in Bor. 48. ac inter Mantuam & Ravennam 50. à Verona verò 60. mill. pass.

Cic.

Hor.

Ant.

Ptol.

& al.

Forum Appij, urbs Latij, olim episcopalis, in finibus Volscorum, apud Pontinam paludem, inter Ariciam & Feroniam, ac inter tres Tabernas & Taracinam, à qua 12. mill. pass. recedit, Romam versus 48. prorsus excisa. Locus Cale nuove, seu Case nove Celso Cittadino, aliis li Maruti diversorium: aliis verò ubi Fossa nuova, monasterium & abbatia: quæ loca omnia sunt proxima. Populi Foroappij Plinio. Meminit Horatius libro 1. serm. sat. 5.

- inde Forum Appi

Differtum nautis, canponibus atque malignis. [Forum Appij, urbs Volscorum Cluverio, Brietio & aliis, est locus nunc S. Donato dictus, aliquot tantum adibus constans, intra paludes Pontinas, prope Asturam annem, & 5. milliaribus ab ora maris Mediterranei: quanquam aliqui credant fuisse ubi nunc

le Case nuove, diversorium inter Privernum & Scetiam, juxta Pontinas paludes.]

Forum Augustum, sive Forum Augusti, in urbe Roma, ab Ovidio libr. 5. fast. memor.

Templaque in Augusto conspicienda Foro.

Vide infra, ubi fora urbis Romæ describuntur.

Forum Aurelij oppidum erat Hetruriae, medium inter Centum Cellas & Cosam, 25. mill. pass. utrinque distans, in ora apud Graviscas, prorsus extinctum.

Forum Bibalorum, Fomillam, teste Moletio, oppidum fuit Hispaniae Tarraconensis, apud Aquiffavienfes, nunc vicus in agro Aquarum Flaviarum, in regno Portugallico.

Forum Calvisij, Calvisano, oppidum Cenomanorum, in agro Brixiano, inter Brixiam 15. & Asulam 10. mill. pass. distitum.

Forum Cassij, S. Maria Forcassi, urbs olim episcopalis Hetruriae, apud Vetrallam oppidum, quod nonnulli ipsum Forum Cassij esse contendunt, inter Sutrium & Viterbium ad 7. mill. pass.

[Forum Cassij, S. Maria Forcassi, vicus est parvus prope Vetrallam oppidum, in provincia Patrimonij S. Petri, in Hetruria, Summo Pontifici subdita. 7. milliaribus distat à Viterbo in austrum.]

Forum Claudij, Clodij Plinio, Tolfa nova, oppidum Thusciae mediterraneum, apud oram australem, inter Bracenum & Cornuetum, ab urbe Roma 38. mill. pass. in occasum, ubi aluminis minera.

[Forum Claudij, oppidum Thusciae fuit, nuncque in ejus vestigiis conspicitur Oriolo, castrum provinciae Patrimonij S. Petri, teste Luca Holstenio. 4. milliaribus distat à lacu Sabarino in occasum, & 5. à Braciano in Circium; estque in Ducatu Braciani.]

Forum Claudij alterum, Tarantaise, teste Cœnali, urbs archiepiscopalis apud Alpes Graias, in finibus Allobrogum, seu in Sabaudia. Aliis est Novalesa, oppidum cum cœnobio apud Alpes Cottias, à Segusio 4. mill. pass. interiùs distans: quod magis probatur: hoc enim in Italia est, non in Gallia; & à Ptolemæo in Italia describitur.

[Forum Claudij urbs fuit Centronum, in Gallia Narbonensi, quæ nunc Moutiers en Tarantaise, urbs archiepiscopalis & Tarentasia caput, in Ducatu Sabaudia, ad Isaram fluvium. 4. leucis distat à Fano S. Joannis Maurianensis in Boream, & 8. à Camberiaci in ortum, Sansone, Brietio, & aliis testibus.]

Forum Clodij. Vide Claudij.

Forum Cornelij, Corneliolum Ciceroni, quod & Syllæ Forum appellatur, Imola, urbs Æmiliae seu Galliae Togatae, in Romandiola, apud Vatreum fluvium, inter Bononiam 20. & Faventiam in ortum 10. mill. pass. episcopalis sub Archiepiscopo Ravennate, inde 24. mill. Bononiam versus. Populi Forocornelienses Plinio, & Cornelienses aliis.

[Forum Cornelij urbs fuit Lingonum, in Gallia Cispadana, Imola, nunc in Romandiola, in limite agri Bononiensis & Ducatus Ferrariensis, sub dominio Summi Pontificis; estque culta & elegans, 16. milliaribus à confinio ditionis Florentina in Boream.]

Forum Decij fuit oppidum Sabinorum, cujus hodie nullum prorsus extat vestigium.

Forum Diuguntorum, sive, ut habet textus Græcus, Iuruntorum, oppidum fuit Galliae Transpadanae: quod aliis est Crema urbs, aliis Picighiton, oppidum cum arce firmissima, in finibus Cenomanorum, ad Adduam fluvium. à Cremona 12. mill. pass. in occasum Ticinum versus.

[Forum Diuguntorum Cluverio, Sansoni, & aliis est Crema, urbs permunita Galliae Transpadanae, antea Ducatus Mediolanensis, nunc sub dominio Rei-

publica Veneta, ad amnem Serium, episcopalis sub Archiepiscopo Bononiensi. Habet ab oriente Cremonensem agrum, uti ab occidente Laudensem. Vide Crema.]

Ant. Forum Domitij, Fabregas, teste Varrerio, oppidum Galliae Narbonensis, in Occitana regione, inter Nemausum 45. & Biteras 30. mill. pass. ex Itinerario Antonini, à Caeserone 12. in ortum.

[Forum Domitij quibusdam est Fabregues, oppidum ad Caulazonem amnem, in Occitania inferiori, 2. leucis à Monte Pefulano in occasum, & una tantum à stagno Magalonensi in Boream, à Nemauso 30. mill. pass. in occasum. Aliis autem, & melius, est Frontignan, oppidum ejusdem tractus, ad stagnum Magalonense seu Lattaram, inter Biterras 30. mill. pass. & Nemausum 45. à Caeserone 20. in ortum, teste Sansone. Dicitur aliter Frontinianum; estque vino suo celebre.]

Ptol. Forum Egurrorum, Medina de Rio Seco Villanovano & aliis, oppidum præclarum Hispaniae Tarraconensis, in regno Legionensi, à Legionem 15. leucis in austrum, à Vallisoletto 8. in Africum, Asturicam versus 14. vel certe non longè.

[Forum Egurrorum, Sansone teste, erat oppidum Asturum, ubi nunc castrum Monte Furado, in Gallecia, ad fluvium Burviam, 12. leucis à Luco Augusti in austrum Brigetium versus.]

Plin. Ptol. * Forum Flaminij, Forflamme, urbs Umbriae episcopalis, à Longobardis everfa: locus adhuc nomen antiquum retinet, à Fulginio, quod illi in episcopali honore successit, 3. mill. pass. Nuceriam versus. Sunt qui Forum Flaminij nunc Fulginium dici putent, cum ex Plinio & libro Conciliorum urbes diversas esse constet, quæ eodem tempore episcopalem sedem habuerunt. [* in manuscripto Seldeni *Φεσς Φρακτιν.*]

Plin. Forum Fulvij, quod & Valentinum, Valenza, oppidum amplum Liguriae, impositum Pado fluvio, in Gallia Cispadana, ab Alexandria 7. mill. pass. in Boream Ticinum versus, unde 27. abest.

[Forum Fulvij seu Valentinum, Valenza, Gallis Valence, oppidum est munitum Ducatus Mediolani, in colle, ad Padum fluvium. Captum fuit à Gallis anno 1656. sed postea redditum pace ad Pyreneos confecta; estque medium inter Casalem ad occasum & Dertonam ad ortum.]

Cic. App. Fronti. Forum Gallorum, Castel Franco, oppidulum Æmiliae, seu Galliae Togatae, in via Æmilia, inter Bononiam (in cujus agro est) 14. & Mutinam 6. mil. pass. occurrunt.

[Forum Gallorum, Castelfranco, oppidulum est agri Bononiensis, in ditione Pontificia, vix 2. milliariibus à consinio Mutinensi & à Scultenna fluvio, 8. autem à Mutina in ortum. Ei adjacet arx probè munita ab Urbano VIII. Barberino Pontifice Maximo exstructa in tutelam illius tractus, & de ipsius nomine dicta arx Urbana, Forte Urbano vulgò, in ruderibus castris Leonis.]

Ant. Forum Gallorum alterum, Gurrea, teste Hieronymo Zurita, oppidum Hispaniae Tarraconensis, in Aragonia, inter Caesaraugustam 5. & Iacam in Boream 14. mill. Hispanicis distans.

[Forum Gallorum quibusdam est Zuera, oppidulum ad Gallegum fluvium, 5. leucis à Caesaraugusta in Boream. Aliis autem est Luna, castrum ad amnem Bielum, 8. leucis à Caesaraugusta versus Boream & consinia Navarra. 6. à Iacca in Africum.]

Plin. Strab. Ptol. Forum Iulium, & Iulij, Frejus, colonia Octavianorum Plinio, & urbs Galliae Narbonensis, episcopalis sub Archiepiscopo Aquensi, unde & a Massilia 600 stadiis, teste Strabone, abest in ortum, in ora Provinciae littorali, inter Nicæam & Telonem

10. & 12. leucis. Forum item Iulium Tacito & Ptolemæo Cividal d' Austria alias, nunc Cividal del Friuli, teste Leandro, & Lazio, ac aliis, colonia & urbs Carnorum, ab Utino 8. mill. pass. in Boream, ab Aquileia 22. in Circium, quod & Castrum Iulienae Diacono dicitur. Forum præterea Iulium Plinio, qui populos Foro-Julienae memorat, Friuli & Patria à Venetis, quibus parer, Friaul Germanis, quæ & Carnia veteribus, regio est Italiae, Venetiae pars, inter Marchiam Tarvisinam, & Histriam ac Noricum contenta. Cujus Utinum caput est, & conventus juridicus. Ejus meminit Fortunatus in vita S. Martini libro 4.

Inde Foro Iuli de nomine Principis exi.

[Forum Iulij, Frejus, urbs est Provincia in valle, intra paludes, dimidia leuca ab ora maris Mediterranei, 13. leucis à Telone in ortum, & 4. à Fano S. Eutropij in Boream, ad ostia fluvij Argentei.]

[Forum Iulij item, urbs Carnorum, nunc Cividal di Friuli dicitur, ad Natisonem fluvium, sub dominio Reipublicae Venetae, & in agro Foro-Julienae ab ea dicto, 15. milliariibus à Goritia in occasum, & ad radices Alpium.]

[Forum Iulium autem, seu Foro-Julienae provincia, pars est Italiae, ubi alias Carni populi, nunc Friuli, & aliquando Patria del Friuli, Gallis le Frioul; totaque subest dominio Venetorum, exceptis Aquileia & Goritia, quae parent Austriaco.]

Forum Lebuorum, seu Lebevorum, aut Libycorum, & Lebetiorum, (variè enim, Leandro & Ortelio testibus, legitur, qui Plinium & Ptolemæum citant, apud quos neque Lebi, neque Lebetij leguntur) Borgo Lavizaro, teste Merula, & Leandro, oppidum Insubriae, in agro Novariensi, à Novaria 5. mill. pass. distans, Casalensem urbem versus. Fortè Forum Libicorum, quorum meminit Ptolemæus, vel Lebuorum, quos memor. Polybius.

Polyb. Plin. Ptol.

[Forum Lebuorum, Borgo Lavizaro, vicus est Ducatus Mediolanensis, in agro Novariensi, & 5. milliariibus à Novaria in austrum Mortariam versus distat.]

[Forum Lepidi, urbs Italiae, in Gallia Cisalpina, Regio nunc, sub dominio Ducis Mutinae. Vide Regium Lepidi.]

Forum Licinij, seu Liciniforum apud Plinium, la Pieve d'Incino, teste Leandro, oppidum olim Insubriae, nunc pagus agri Mediolanensis, à Mediolano 30. mill. pass. in Boream distans.

Forum Limicorum, Puente de Lima, teste Floriano, & Ponte di Lima, oppidum Hispaniae, in finibus Bracarum, in regno Portugallico, ad Limium fluvium, à Bracara urbe 4. leucis in Boream distans.

Ptol.

Forum Livij, Forli, urbs Galliae Togatae, episcopalis sub Archiepiscopo Ravennate, unde 16. mill. pass. abest, in via Æmilia, media inter Faventiam & Cesenam urbes Romandiola, utrinque 10. mill. pass. distans. Populi Forolivienfes.

Plin. Ant.

[Forum Livij, Forli, urbs est lepida, ditionis Pontificiae, in Romandiola provincia, 12. milliariibus à Ravenna in austrum, 4. autem à Civitate Solis & à consinio Etruria in Boream. Alias Principes habuit proprios.]

Forum Narbaforum, oppidum Hispaniae Tarraconensis, in finibus Asturum, excisum: locus Arvas hodie, teste Morali, nominatur, inter Legionem & Overum.

Ptol.

[Forum Narbaforum, oppidum Callaicorum, in consinio Lusitania, ad Durium fluvium, nunc fortè Torre de Moncorvo, in Portugallia, ut dignoscitur ex situ, Sansone & Brietio testibus, 9. leucis supra Lamecam in ortum. Sed longè ab Asturiis distat.]

Forum

Ptol.

Forum Neronis, urbs Galliae Narbonensis, in Occitania, cujus populi Foroneronenses, & Lutevani Plinio dicuntur. Vide Luteva.

[Forum Neronis aliis est oppidum Provincia, cis Druentiam fluvium: quod quibusdam est Forcalquier, Comitatus cognominis caput, in colle, medium inter Segusteronem ad Caciā & Aptam Iuliam ad Africum, 2. leucis à Druentia fluvio, juxta rivum Laye dictum.]

Plin.

Forum novum urbs fuit Sabinorum, apud Oretum oppidum excisa. Est & Forum novum ex veteri inscriptione oppidum Galliae Togatae, seu in Gallia Cispadana & in territorio Parmensi, ad Tarum fluvium, à Parma 10. mill. pass. Fornovo pagus.

[Forum novum urbs fuit Sabinorum, in eodem loco ubi nunc, urbe deleta, Ecclesia episcopalis superest, vulgò Vescovio dicta, teste Luca Holstenio, & ut colligitur ex veteri inscriptione illius Ecclesiae.]

[Forum novum castrum est, 10. milliariibus à Parma in Africum. Dicitur vulgò à Gallis Fornove; estque locus memorabilis praelio Caroli VIII. Francorum Regis in confederatos Italos, quos viribus longè impar devicit. Vix uno milliari distat à Taro fluvio. Aliàs Foronovanum dictum fuit.]

Plin.

Forum Popilij vel Pompilij, Forlimpopoli, urbs olim episcopalis sub Archiepiscopo Ravennate, nunc oppidum (sede episcopali Britinorum proximam urbem translata) Æmiliae, in Romandiola, inter Forum Livij 4. & Cesenam in ortum 6. mill. pass. occurrens. Populi Foropopilienses Plinio. Urbs à Grimoaldo Longobardorum Rege anno salutis 700. primùm, deinde ab Ægidio Cardinale Legato in Italia anno 1270. everfa est, sedesque episcopalis Britinorum recepta.

Ptol.

Forum * Segusianorum, Feurs, teste Dalechampsio, oppidum Galliae Celticae, Forestiae regionis oppidum primarium, à Lugduno 8. leucis in occasum Arvernos versùs. Sunt quietiam Forum Sebusianorum legunt, quod Bourg en Bresse esse dicunt, oppidum Galliae Celticae, inter Lugdunum, & Matifconam, cui propius est, regionis Brixiae, inter Sabaudiam & Burgundiam, Comitatus caput. Sed apud Ptolemæum Forum Segusianorum duntaxat legitur. [* Textus in manuscripto Seldeni.]

[Forum Segusianorum est Feurs, oppidum, Forensis superioris caput, ad Ligerim fluvium, 6. leucis à Rodumna in austrum, & totidem à Fano S. Stephani in Boream. Errant autem qui illud Bourg en Bresse esse dicunt, cum ab eo 15. leucis distet in Africum.]

Strab.
Plin.
& al.

Forum Sempronij, Fossombron Fossombrone, Fossombruno, urbs Umbriae episcopalis sub Archiepiscopo Urbinate, inde 10. mill. pass. distans, ad Metaurum fluvium, in Ducatu Urbinate, inter Fanum 15. & Callium in austrum 10. mill. occurrens.

[Forum Sempronij, nunc Fossombrone, prope Metaurum fluvium sedet, 10. milliariibus ab Urbino in ortum. Brietius tamen credit Forum Sempronij 5. inde distasse milliariibus, & ex ejus ruinis excitatum Fossombrunum.]

P. Diac.

Forum Statiellorum, Villa de Fo, oppidum olim, nunc pagus agri Alexandrini, in Liguria, inter Alexandriam 4. & Ovilias, patriam nostram, 2. mill. pass. distans, haud procul à Tanaro fluvio.

Ptol.

Forum Tiberij, Keyserstul, teste Rhenano, oppidum Germaniae superioris, ad Rhenum fluvium, in Helvetia, inter Scaphusam 2. & Thermas superiores 1. leuca distitum, à Basilea 10. in austrum, Constantiam versùs, haud obscurum.

[Forum Tiberij, Keiserstul, oppidulum est Helvetiorum & Episcopi Constantiensis, medium inter Basileam ad occasum & Constantiam ad ortum, 5.

leucis Helveticis utrinque distans, ad Rhenum fluvium.]

Forum Truentinorum, oppidum Æmiliae excisum, apud Britinorum & Forum Popilij, ab eo 3. mill. pass. distans, à Britinorio 1. Cujus locus adhuc Tro incolis nominatur.

Forum Valentinum. Vide Forum Fulvij.

Plin.
Plin.

Forum Vibij, oppidum Galliae Subalpinae, seu, ut scribit Plinius, Galliae Transpadanae, in cujus agro Padus fluvius conditus, rursus emergit, teste Plinio. Quod oppidum Leander non sine errore apertissimo Villach interpretatur, quæ urbs est Norici, in Carinthia. Est autem Bibiena nunc, oppidum Pedemontanae regionis, à Taurinis ad 22. mill. pass. in occasum. Populi Forovibienses Plinio.

[Forum Vibij oppidum erat Taurinorum ad radices Alpium, nunc in Pedemontio. Quibusdam nunc est Bubiena, vicus in valle Luserna, juxta Peleum amnem. Brietio est Castel Fiori, aliis autem Paifana, vicus in eo tractu, ad Padum fluvium.]

Forum Voconij, oppidum Galliae Narbonensis, quod variè indigitant. Nam Pinetus illud Chambery urbem, caput Allobrogum, seu Sabaudiae, interpretatur (quod potius est Civaro.) Alij Frejus urbem Provinciae maritimam esse volunt. Sed ex Antonini Itinerario & ipso Plinio, neque Chambery, neque Frejus, esse potest, cum à Foro Julio 12. sive, ut alij codices habent, 22. mill. pass. ex Antonini Itinerario distet. Consulendi sunt in hac re regionis periti.

[Forum Voconij, oppidum Galliae Narbonensis, in Provincia. Nunc est Draguignan, urbs culta, intra montes, 4. leucis à Foro-Julio in occasum, & 6. à Fano S. Eutropy in Boream, Sansone teste. Hon. Bov. tamen existimat fuisse ubi nunc oppidum le Luc, in Provincia. 6. leucis à Fano S. Eutropy & à Foro-Julio in occasum, 4. autem à Draguignano in Africum.]

Forum Vulcani, Campi Phlegræi Plinio & Solino, la Solfatara, locus est Campaniae, apud Puteolos, inde 2. mill. pass. Neapolim versùs distans, in morem ingentis theatri ignes perpetuos emittens, & sulphur gignens.

Strab.

Fora urbis Rome ex P. Victore.

Forum Archimonij, ubi ædes S. Nicolai Archimonij.

Forum Augusti, ubi nunc templum S. Adriani, Romano vicinum.

Forum Boarium, ubi templum S. Georgij, inter Romanum & Tiberim.

Forum Caesaris, ubi porticus est Faustinae Augusti uxoris, Romano proximum; cujus meminit Ovidius libro 3. trist. elegia 1.

- hac sunt fora Caesaris, inquit.

Forum Nervæ, apud Capitolium, inter ædes S. Hadriani & S. Basilij.

Forum Olitorium, nunc Piazza Montanara, ad theatrum Marcelli, inter Capitolium & Tiberim.

Forum Palladium, apud Romanum, ubi ædes S. Andreae in Pallata; cujus meminit Martialis libro 1. epist. 2.

Limina quos pacis, Palladiumque Forum.

[Forum Palladium, Panvino & Famiano Nardino testibus, idem est atque Forum Nervæ.]

Forum Piscarium, apud Tiberim fluvium & theatrum Marcelli, inter Boarium & Olitorium.

Forum Romanum, apud porticum Faustinae, inter Capitolium & Palatinum, in quo Vestæ templum erat.

Forum Sallustianum, apud hortos Sallustianos, inter ædem S. Sufannæ & Salariam portam.

Forum Suarium, apud vetus Columnensium pa-

latium, & montem Quirinalem.

Forum Trajani, proximum Foro Nervæ, inter Capitolium & montem Quirinalem.

Tac. Fosi, populi Germaniæ, Cheruscis finitimi, *Dietmerscher*, teste Althamero, & regio *Dietmersch*. Sed aliis *Fosseverde*, tractus Frisiæ occidentalis, ubi non longè Fosete insula, vulgò *Amelandt*, teste Hieronymo Verrutio.

[*Fosi populi fuere Germania, à solo Tacito memorati, suntque Saxones, ubi nunc Holsatia pars Ditmarsia dicta. Sed longè à Frisia in Cacia distat.*]

Plin. Fossa Clodia, *Chioza*, urbs Venetiæ episcopalis sub Patriarcha Veneto, in ora, inter Hadriam & Venetias 25. mill. pass. vide Clodia Fossa: quæ & Clugia postea dicta est. De qua lib. 3. Itinerarij:

Inde sumus Clugiam velo remisque profecti, In qua Fossa vetus mutavit Clodia nomen.

Tac. Fossa Corbulonis, *Leck*, teste Ortelio, fluvius Batavorum, in Hollandia, à Corbulone ex Rheno derivatus, spatium 23. mill. pass. Mosæ congregiendi ad Crimpam pagum.

Tac. Suet. Fossa Drusiana, *Ysel* & *Yssel*, fluvius Germaniæ inferioris, in Ducatu Geldriæ, à Druso ex Rheno derivatus, & in Flevum sinum perductus per Transisalanam regionem. Seu veriùs pars Rheni, in Isalam fluvium fossa deducta ad Drusoburgum oppidum, quod *Doesburg* hodie dicitur.

Plin. Mel. Ant. & al. Fossa Mariana, oppidum Galliæ Narbonensis, ad fossam quam Caius Marius ex Rhodano fluvio deduxit, excisum. Locus ad huc *Fos* nominatur: licet Orrelius cum aliis plerisque *Aigues mortes* oppidum, & alij *Camarque* oppidum, non sine errore, interpretentur; sicuti & auctor Thesauri Linguæ Latinae.

[*Fossa Mariana, oppidum ad Fossam cognominem, nunc vicus est Fos dictus, in Provincia, in ora maris Mediterranei, una leuca à Maritima & sinu Astromela distans in occasum, versus ostia Rhodani fluvij, à quibus 3. leucis distat in ortum, prope campos lapideos.*]

Plin. Fossa Messanica, *Canal di S. Alberto*, locus quo naves ex Pado in mare Ravennam usque, per paludem Padusam, deducuntur.

Tac. Suet. Fossa Neronis, *Licola*, teste Sanfelicio, fossa quam Nero ex sinu Baiano Hostiam usque perducere tentavit.

[*Fossa nova, Fossa nova, monasterium Ordinis Cisterciensis in Latio, 50. mill. pass. ab urbe Roma. In eo obiit S. Thomas Aquinas. Sedet in planitie, ad pedes montium. Vix 2. milliariis à Priverno, & totidem à paludibus Pontinis distat, in via Roma Neapolim versus; estque adhuc omnino integrum, ut ego ipse pluries vidi, cum illas partes lustrarem.*]

Procl. Fossæ * Papirianæ, *Fos-de-novo* vel *Fossel-novo*, teste Leandro, oppidulum Hetruriæ clarum, apud Macram fluvium, inter Lunam & Apuam, à Sarzana urbe 7. mill. pass. ab Apua 18. à Massa S. [* manuscripto Seldeni ΠΑΠΙΡΙΑΝΟΣ.]

[*Fosse Papiriana quibusdam est Carrara, oppidum Tusciæ, aliis Viareggio, in ora. Aliis autem, & melius, est Faldinovo, oppidum Tusciæ sub proprio Marchione, 3. milliariis à Macra fluvio, 4. à Sarzana in Cacia, & inter Apuam & Massam.*]

Plin. Fossæ Philistinæ, vel Fossiones Philistinæ, *Fossone*, teste Georgio Fabricio, unum ex Padi fluvij ostiis: quæ Fossæ, Tartarus fluvius à Tacito nominantur, vulgò etiam *Tartaro* interiùs dictus; qui una cum Athesi inter Carbonariam & Fossam Clodiam, 10. mill. pass. inter utramque, exit in mare.

Prov. Rom. Fossanum, *Fossano*, urs Liguriæ episcopalis recens sub Archiepiscopo Taurinensi, in Pedemontana regione, inter Augustam Taurinorum 24. & Montem

Vici 10. mill. pass. media inter Albam Pompeiam & Montem Vici.

[*Fossanum urbs est Pedemontij, ad Sturam amnem, media inter Salutium ad occasum & Montem Regalem ad Eurum, 9. milliariis utrinque distans, 15. ab Alba in austrum, & 7. à Cuneo.*]

Fossatum, *Fossato*, oppidum Umbriæ, inter Eugubium & Saxoferratum, ad 14. mill. pass. distans, inter Validum & Sigillum oppida proxima, à Nuceria 11. Fuit & locus Æmiliæ apud Ravennam, ubi Theodoricus Rex Odoacrem fugavit, qui *Fossato* adhuc appellatur.

[*Fossatum oppidulum est dittonis Pontificiæ, in Marchia Anconitana, in monte Apennino, in confinio Ducatus Urbini, 12. milliariis distat ab Eugubio in Eurum, & 14. à Saxoferrato in austrum.*]

[*Fossiniacensis tractus, le Fossigny, aliter le Faucigny, prov. Ducatus Sabaudia, ad radices Alpium, inter Valesiam & Genevensem tractum, ubi oppidum primarium Clausula. Ibi aliàs Focunates populi.*]

[*Fraga, Fraga, Gallis Fragues, oppidum Hispaniæ, in regno Aragonia, ad Cincam fluv. in limite Catalonia, & 4. leucis ab Ilerda in occ. cum castro satis munito. Vide Gallica Flavia, seu Flavia Gallica.*]

Franci, populi Germaniæ, quorum regio Franconia, ampla, quæ & Francia orientalis, ad Gallicæ Franciæ discrimen, nominatur: qui in Galliam trajicientes, illi nomen Franciæ indiderunt, fueruntque propterea Galli deinceps *Francefi* dicti apud Italos & alios. Fuerunt & Franci in Germania inferiori, Sicambri, teste Orosio: quorum oppidum adhuc *Francken* in Ducatu Bergensi, seu durat in Comitatu Marchensi, teste Henrico Junio. In Frisia quoque habitasse Francos Procopius est testis, ubi *Francker* urbs, apud oram illius Borealem, à Levarde urbe primaria 3. leucis distans. Horum meminit Claudianus de laudibus Stiliconis libro 2.

Qui mihi Germanos solus, Francosque subegit.

[*Franci populi fuere Germania, sub quibus comprehendebantur Bructeri, Chauci, Chamavi, Cherusci, Chatti, Ansvarij, Dulgibini, Chastuarij, Angrivarij, Salij, Tencteri, & Vspij seu Vspetes, populi Germaniæ, teste Cluverio; occuparuntque totum tractum à mari ad Rhenum, Imperio Romano jam præcipitante.*]

Francia occidentalis, (orientalis enim est provincia Germaniæ, & Franconia dicitur) pars Galliæ inter Ligerim & Sequanam, quæ propriè *la France* à Gallis nominatur, licet apud Italos nomen Franciæ toti Galliæ, excepta magna Belgicæ parte, tribuatur.

[*Francia, olim Gallia, regnum est Europa potentissimum, vulgò la France, Hispanis & Italis Francia, Germanis Frankreich dicta: cuius incolæ François dicuntur, Hispanis Franceses, Germanis Frankman, & Italis Francefi. Francia longitudo est leucarum Francicarum 250. ab occidente in orientem. Latitudo autem est 237. leucarum similium à septentrione in meridiem, teste Brietio. Terminatur ab occidente Oceano Aquitanico, à meridie mari Mediterraneo & montibus Pyrenæis, quibus ab Hispania separatur. A septentrione habet mare Britannicum & partem Belgij Hispano subditam; & ab oriente separatur à Germania Rheno fluvio, & ab Italia Alpibus. Francia aliàs plura complexa est regna, nempe Lutetia Parisiorum, Sueffionum, Aurelianense, & Metense seu Austrasia; item regna Burgundia, Arelatense, Aquitania, & Britannia minoris. Sed à pluribus seculis omnia in unum coaluerunt. Dividitur nunc in 40. provincias, quæ ad duodecim Præfecturas generales reducuntur. Caput regni est Lutetia, Paris, totius Europa, & forsitan orbis populosissima & am-*

Vet. Insc.

Amm. Europ. & al.

Auf.

plissima. Subsumt etiam Regi Francia Nova Francia, regio perampla America septentrionalis, & plurima insula ex Antillis in mari Boreali, cum aliquot locis in Africa & in Madagascaria insula, atque à paucis annis magna pars Flandriæ & Hannoniæ provinciarum Belgij Francico regno accessit, uti etiam pars meridionalis Luxemburgensis Ducatus.]

[Francici regni divisio per Præfecturas generales:

Prima Præfectura, Francica seu Insula Francia, l'Isle de France, sub qua provincia Insula Francia & agri Bellovacensis, le Beauvoisis, Laudunensis, le Laonois, & Sueffionensis, le Soissonois.

Secunda, Burgundica, continet Ducatum Burgundie, la Bourgogne, & Bressiam, la Bresse.

Tertia, Normannica, continet Normanniam, la Normandie.

Quarta, Aquitanica, continet Guiennam, la Guienne, Vasconiam, la Gascogne, provincias, Santoniam, la Saintonge, Petrocoricensem, le Perigort, Lemovicensem, le Limosin, Cadurcensem, le Quercy, & Rutenensem, le Rouergue.

Quinta, Britannica, Arémoricam totam seu Britanniam minorem complectitur, la Bretagne.

Sexta, Campanica, continet Campaniam, la Champagne, & Briam, la Brie.

Septima, Occitana, continet Occitaniam, le Languedoc, & provincias Vivariensem, le Vivarais, Gabalensem, le Givaudan, Velaunos, le Velay, & Comitatum Ruscinonensem, le Roussillon.

Octava, Picardica, sub qua Picardia, la Picardie, & Artesia, l'Artois.

Nona, Delphinatus, sub qua Delphinatus, le Dauphiné.

Decima, Provincia, sub qua Provincia, la Provence.

Undecima, Lugdunensis, continet provincias Lugdunensem, le Lyonnais, Baujoviensem, le Beaujolois, Forenses, le Forez, Borboniensem, le Bourbonnois, Alverniam, l'Auvergne, & Marchiam, la Marche.

Duodecima, Aurelianensis, complectitur provincias Aurelianensem, l'Orleanois, Blesensem, le Blaisois, Perticensem, le Perche, Belsiam, la Beaulle, Cenomanensem, le Maine, Andegavensem, l'Anjou, Turonensem, la Touraine, Pictaviensem, le Poictou, Inculismensem, l'Angoumois, Bituricensis, le Berry, & Nivernensem, le Nivernois.

Quibus addenda est decima tertia, qua continet Lotharingiam Francicam, la Lorraine Françoisse, & Alsatiam, l'Alsace.

De urbibus Franciæ videbis in voce Gallie.]

[Francia nova, Nouvelle France, regio perampla America septentrionalis, à Francis detecta, juxta fluvium & sinum S. Laurentij. Vide Nova Francia.]

[Francia propria, seu Insula Francia, l'Isle de France, provincia est regni Franciæ. Habet à septentrione Picardiam, ab oriente Campaniam, ab occidente Normanniam, & à meridie Belsiam & Aurelianensem provinciam; continetque Franciam regiunculam inter Lutetiam & Sylvanectum, agros Bellovacensem, Sueffionensem, & Laudunensem, Valesiam, Vexinum Francicum, & Hurepesium. Totius provinciæ facile primaria est Lutetia, Paris, qua & regni caput existit.]

[Francia, la France, regiuncula est regni Franciæ sic dicta, in provincia Insule Francia, inter Lutetiam ad austrum & Sylvanectum ad Boream, versùs Fanum S. Dionysij, Monmorancium, & Gonesam; & extenditur tantum ad aliquot leucas in illo tractu.

Sed ejus periere limites.]

[Urbes Francia propria seu Insula Francia clariores:

Bellovacum, Beauvais.

Compendium, Compiègne.

Crepiacum, Crepy en Valois.

Fanum S. Dionysij, S. Denys.

Latiniacum, Lagny.

Laudunum, Laon.

Lutetia Parisiorum, Paris.

Medunta, Mante.

Melodunum, Melun.

Nemosinum, Nemours.

Noviodunum, Noyon.

Pisciacum, Poissy.

Pontifara, Pontoise.

Sylvanectum, Senlis.

Sueffiones, Soissons.]

[Francia parva, Franza curta, regiuncula Italiæ, in ditone Veneta & in agro Brixiano, sic dicta à Francis, qui illic confederunt post victum à Carolo Magno Desiderium Longobardorum Regem.]

[Franchendalia, Franckendal, urbs recens Germaniæ, probè munita, in Palatinatu inferiori. Vix una leuca distat à Rheno, & 4. ab Heidelbergâ in occasum, uti & à Spira in Boream. Aliàs capta fuit ab Hispanis, sed postea reddita Electori Palatino pace Monasteriensis.]

[Franciacum, Fronfac, castrum Gallie, in Aquitania & in agro Burdegalensi, à Carolo Magno fundatum, & nunc Ducatus titulo insignitum, ad Duranium fluvium, paulò infra Liburnam, & vix 5. leucis à Burdegala in ortum.]

[Francicus sinus seu Gallicus, Baye de France, sinus est parvus Africa, in ora Guinea, prope promontorium Leana, vulgò Sierra Liona; sic dictus à Gallis, qui primi illas oras lustrarunt & inhabitarunt, anno nempe 1384.]

Francofurtum, & Francphordia, Helenopolis olim ex veteri inscriptione, quasi Francorum trajectus, Franckford, Franckfort, vel Franckfurt, urbs Germaniæ magnæ clarissima, in Franconia, ad Mœnum fluvium, urbs libera & emporium celeberrimum, Maguntia finitimum, inde 4. leuc. in ortum. Est & Francfurtum ad Oderam Franckfurt, urbs Germaniæ, in Marchia Brandeburgensi, gymnasio celebris, à Berlino, & Colonia, ubi sedes Principis, 10. leucis in ortum. De Francfordia priore quidam Poëta Germanus libr. 5. Itinerarij sic:

Mox turres offert Francfordia nobilis altas,
Urbs decus imperij, qua primos Cæsar honores
Accipit.

[Francofurtum ad Mœnum, Gallis Franckfort fut le Mein, urbs est ampla & elegans, ubi Diætæ Imperiales celebrantur pro electione Imperatorum Romanorum. Ejus suburbium ex adverso fluvij Saxonum domus dicitur, Saxenhausen. 2. leucis distat ab Hannonia in occasum, & 4. ab Asciburgo. Francofurtum autem ad Oderam Franckfurt am Oder, urbs est mediæ Marchiæ Brandeburgicæ, in limite Silesiæ & Lusatiæ, 4. leucis à Crossa in Boream, & totidem à consinio Polonia in occasum distans.]

Francones, qui aliis, præsertim Claudiano, Franci dicuntur, populi Germaniæ magnæ: quorum regio Francia orientalis, & Franconia, & incolis Franckenlandt appellatur.

[Franconia, regio Germaniæ, qua antea dicta fuit Francia orientalis, Gallis la Franconie; estque in provincia ampla, circa Mœnum fluvium extensa. Habet à septentrione Saxoniam & Thuringiam, ab oriente Palatinatum superiorem, à meridie partem Bavariæ & Sueviam, & ab occidente Palatinatum

inferiorem seu Rheni. Ejus primaria est Herbipolis, Wurtzbourg, ad Mœnum fluvium. Franconia autem est primus Imperij circulus, sub quo sunt episcopatus Herbipolitanus, Bambergensis, & Eichstaden-sis, Principatus Hennebergensis, Comitatus Holo-chiensis, Erbachius, Onoldinus, & Verthamus, urbsque Norimberga cum aliis.]

Urbes clariores Franconia.

Bamberg, Bamberg, episcopalis sub Archiepisco-po Moguntino.

Cocabus, Coburg, fedes Ducis, [aliàs, nunc Al-temburgensis Ducis.]

Culmbachium, Culmbach.

Frantphordia ad Mœnum, Helenopolis, Franck-ford, libera, & emporium.

Herbipolis, Vvirtzburg, episcopalis & academia sub Archiepiscopo Moguntino, caput regionis.

Moguntia, veteribus Mocontiacum, Montz, ar-chiepiscopalis.

Noriberga, Nurnberg, in Nortgoiæ confinio, li-bera, & emporium.

Onolzbachium, Onspach.

Rotenburgum, à fluvio Tuberum etiam dictum, Ro-tenburg, libera.

Suemphordia, Schwveinfurdt, quasi Suevorum tra-jectus, libera.

Trutavia, Forckheim, libera.

Winshemium, Vvinsheim, libera.

Sunt præter has, Karolostadium, Cronachium, Mergethum, Mons Regius, Aschenburgum, & aliæ.

P. Diac. Francorum rivulus, Refrancore, vel Rifranco, pa-gus Liguriæ, inter Alexandriam & Aftam, à qua 6. mill. pass. abest, [Casalem versùs, in agro Ale-xandrino.]

[Franequera, Franexer, urbs Belgij, in Frisia occidentali, ubi academia. Ab aliis dicitur Franiche-ria, 2. leucis distat à Leonardia in occasum, & toti-dem ab Harlinga in ortum, & ab ora maris Germani-ci, sub dominio Hollandorum.]

[Frascata, Frascati, urbs episcopalis Italia, in ditione Pontificia, in Latio, 12. milliariibus à Roma in ortum: ubi aliquot palatia Principum. Dicitur aliter Tusculum. Hinc ejus Episcopus, qui semper est unus ex sex antiquioribus Cardinalibus S. R. E. dicitur Episcopus Tusculanus. Vide Tusculum.]

Ptol. Frateria, seu Phrateria, Brossa, & Hungaricè Zarnara, teste Lazio, oppidum Daciæ, in Tran-sylvania, ad Marysium fluvium.

Plin. Fratuertium, Terza, oppidum præclarum Apu-liæ Peucetiæ, in Basilicatæ seu Lucaniæ confinio, inter Materam ad occasum 12. & Castaniam ad or-tum 6. mill. pass. In Thesauro Linguæ Latinæ pro-ximum Hydrunto scribitur, à quo tamen longè di-stat, ferè 100. mill. pass.

[Fratuertium, Terza, seu, & melius, la Terza, vicus est Italia, in regno Neapolitano & provincia Hydruntina, medius inter Mateolam & sinum Ta-rentinum.]

Ptol. Fratuolum, Palo, teste Ortelio, oppidum Hir-pinorum.

[Fravenburgum, Frawenburg, oppidum Polonia in Prussia regia & in littore Habi sinus, Frisch Haff, ubi recipit amnem Schon, cum portu capaci. Ibi Ec-clesia Cathedralis Varmiensis monti insidet cum col-legio Canonorum: ibique obiit Nicolaus Coperni-cus Mathematicus celebris anno 1543. Vix quatuor milliariibus Germanicis distat ab Elbinga in Caciæ, Pilaviam versùs totidem.]

Lu. spr. Fraxinetum, Frassineto, oppidulum Liguriæ, ad Padum fluvium, inter Forum Fulvij & Casalensem urbes.

Fraxinum, Fresno, oppidum Hispaniæ geminum, Ans. unum in Bætica, & Vandalia, à Corduba 8. leuc. in Boream; alterum in Tarraconensi, in Aragonia, apud Bilbilim, inde 2. leucis, Cæsaraugustam versùs 12. Est & Fraxinum oppidum Hispaniæ, in Castella veteri, ab Vxama 4. leucis Madritum versùs; & al-terum in eadem Castella, apud Carpium, inde leuca una recedens. Fraxinum præterea apud Antoninum opp. olim, nunc pagus Lusitaniæ, in regno Portu-gallico, Alfabano, seu Gavianò, teste Vasconcel-lo, inter Tubucci & Medobrigam supra 7. leuc. in via quæ Vlyssipone Emeritam ducit.

Fregellæ, Ponte Corvo, teste Carolo Sigonio cum Liv. Strab. & al. aliis, colonia & urbs olim clara Latij, nunc oppidum in Campania, apud Lirim fluvium, Aquino finiti-mum, ubi Episcopus Aquinas residet, ab Aquino 8. mill. pass. inter Ceperanum 9. & Minturnas 20. licèt Aldus Manutius putet excisum esse, & ex rui-nis Ceperanum conditum esse. Nam Fregellas à L. Opimio excisas anno ab urbe condita 630. Livius re-ferat. De qua urbe Silius libro 5.

- hunc tristes luxere Fregella.

Fregenæ, Fregena Livio, colonia & oppidum He-truriæ, in ora, inter Alsum & ostia Tiberina, ex-cisum: locus nunc Palo, teste Leandro, dicitur, ab urbe Roma 26. mill. pass. distans, inter Pyrgas ad occ. 120. & ostia Tiberis ad ortum 140. stadiis, teste Strabone. Thesaurus Linguæ Latinæ in tractu Vm-briæ illas locat; cum longissimè ab Vmbria distent.

[Fregena, oppidum Latij excisum, in ora maris Tyrrheni, erat ubi nunc la Macarese, villa Ducis Matheij, cum stagno cognomine, inter Alsum & ostia Tiberina, quanquam alij credant fuisse ubi nunc turris S. Georgij, in ora littorali.]

[Fremincuria, Fremincourt, castrum aliàs am-plum Carnutum cum palatio Regum Gallia primæ stir-pis, ad Eburam fluvium, nunc vicus tantum Belsæ, una leuca à Droco in ortum; palatium autem dirutum jacet. Ibi aliàs altare Virgini paritura dicatum, ubi sacrificia habebant Druidæ, ut narrant incolæ illius tractus.]

Frentani & Ferentani, populi Italiæ, in ora, inter Strab. Plin. Liv. & al. Marrucinos ad occasum & Apulos ad ortum, quo-rum urbs Ferentanum, & Frentanum, Teano Apu-lorum proxima fuit, teste Strabone. Ex quo liquet eam non esse oppidum, quod nunc Francam Villam dicant, inter Ortonam & Aternum, uti plerisque videtur. Horum urbs est Anxanum. Meminit eo-rum Silius libro 8.

Marrucina simul Frentanis emula pubes.

Hos proximos Dauniis & Picentibus facit Thesau-rus Linguæ Latinæ, Sed a Piceno longè distant, mul-tis populis interfitis.

Frento, Fortore, teste Nigro, & Mazella, fluvius Plin. Frentanorum, illos ab Apulis Dauniis determinans, ac Larinum urbem alluens.

Frequentum, Fricenti, urbs Hirpinorum episco-palis sub Archiepiscopo Beneventano, inde 16. mill. pass. distans, paulò remotior ab Abellino, apud Ie-sualdum oppidum. Episcopatus ejus hodie Abelli-nati copulatus est. Populi Frequentinates Plinio. [Vide Fricentum.]

[Fretum Aniani, Estrecho de Anian Hispanis, Destroit d'Anian Gallis, fretum amplissimum Ame-rica septentrionalis, aliàs inter Tartariam & sili-tiam illam novam Albionem creditum à multis; sed re diligenter excussa, compertum est Fretum Ania-num esse inter terram Esonis & partem septentriona-lem California insule; estque valde latum.]

[Fretum Babelmandelum, Destroit de Babelman-del, est ad fauces maris Rubri, inter Africam & Ara-biam felicem. Nomen habet à fluvio cognomine à par-

re regni Adel. Dicitur etiam à quibusdam Fretum Mecca; estque satis angustum.]

[Fretum Balambuanum, Destroit de Balambuan, est in Oceano Indico, in Asia, inter insulam Baly & partem orientalem Iavae insulae, prope Balambuanum urbem.]

Strab. Fretum Britannicum, Gallicum Solino, Morinorum Gratio, Oceani Tacito, Fretalis Oceanus Amm. mare inter Morinos & Britannos interfusum, 21. mill. pass. patens, Pas de Calais Gallis, Belgis De Hoofden, teste Ortelio, Anglis the streight of Callis.

Mel. Fretum maris Caspij, maris angustia ad ortum, inquam Oxus fluvius influit.

Herod. Fretum Cimmerium, Stretto di Caffa, teste Castaldo, angustia maris ad Bosporum Cimmerium.

[Fretum Constantinopolitanum, les bouches de Constantinople. Vide Bosphorus Thracius.]

[Fretum Davisij, Straet of Davis Anglis, Destroit de Davis Gallis, fretum in terra Arctica, in ea parte Gronelandiae qua detecta fuit à Ioanne Davisio Anglo anno 1585. à quo etiam nomen accepit.]

[Fretum Esonis, Destroit de Iesso, fretum amplum inter Tartariam & terram Esonis interfusum, supra Sinarum regionem, & in littore Asiae, recens detectum à Batavis.]

Liv. Fretum Euripi. Vide Euripus Chalcidicus.

[Fretum Forbisherij, Straet of Forbishers Anglis, Destroit de Forbisher Gallis, fretum terra Arctica, versus Gronelandiam, recens detectum, nempe anno 1577. à Martino Forbisherio Anglo, & ab eo nomen sortitum.]

[Fretum Gallicum, Pas de Calais, fretum inter Galliam & Angliam, 6. leucis patens, inter Dubrim & Iccium portum, nunc Vissan, & 7. inter Dubrim & Caletum. Dicitur etiam à quibusdam Fretum Britannicum.]

[Fretum Gallipolitanum, Destroit de Gallipoli. Vide Hellepontus.]

Plin. Fretum Herculeum & Gaditanum, Porthmos Graecis, teste Plinio, & Limen maris interni, Fretum Columnarum Straboni, Fretum Oceani Livio, Ostium Oceani Floro, Fretum Iberum Aufonio, Fretum Hispanum Claudiano, Traiectum Au. Hirtio, Estrecho de Gibraltar, & Stretto di Gibraltar, maris angustia, inter Hispaniam & Mauritianiam Tingitanam 9. mill. pass. patens.

[Fretum Herculeum, Destroit de Gibraltar Gallis, Stretto di Giberterra aliquando ab Italis dicitur; estque inter Andalusiam provinciam Hispaniae australiorem & Mauritianiam Tingitanam, seu regnum Fezzanum. Ejus longitudo est 12. leucarum Hispanicarum, latitudo vero quinque circiter.]

[Fretum Hudsonis, Destroit de Hudson, fretum Americae septentrionalis, inter terras arcticas ad Boream & Estotilandiam ad meridiem, ab Anglis detectum duce Henrico Hudsonio.]

[Fretum Maëreum, Destroit de le Maire Gallis, Straet le Maire Batavis, fretum Americae meridionalis, ad austrum terre Ignium & freti Magellanici maximè extensum, à Iacobo le Maire Batavo detectum anno 1616. A quibusdam Hispanis dicitur Fretum S. Vincentij.]

[Fretum Magellanicum, Estrecho de Magellanes Hispanis, Destroit de Magellan Gallis, fretum oblongum Americae meridionalis, à Ferdinando Magellano Lusitano detectum anno 1520. inter terram ab ipso Magellanicam dictam & terram Ignium. Tres habet angustias, estque transitu difficilis. Illud Hispani claudere voluerunt Anglis & Batavis magnis impensis & arcibus in littore defixis, sed irrito conatu.]

[Fretum Malacense, Destroit de Malacca Gallis,

Straet van Malacca Batavis, fretum Oceani Indici interpositum inter urbem & regnum Malaccam, in parte australi peninsulae Indicae ultra Gangem & insulam Sumatram, oblongum & satis amplum, sic dictum ab urbe Malacca ei adjacente.]

Fretum Mamertinum, Hadriaticum Orofio, Siculum, & Siciliae Plinio, Ciceroni, Tacito, Rheginum etiam Straboni, Scyllaeum Athenaeo, Traiectum Aufonio, angustia maris inter Italiam & Siciliam, quae Faro di Messina nominatur.

[Fretum Manarium, Destroit de Manar seu & de Chilao, fretum maris Indici, inter Taprobanam seu Ceylanum insulam & oram Piscariae, in parte australi peninsulae Indiae cis Gangem, satis latum, & à Manaria insula ei adjacente sic dictum, vel etiam à Chilao urbe Ceylani.]

[Fretum Manilhae, Estrecho de Manilha Hispanis, fretum Oceani orientalis seu Indici, in Philippinis insulis, inter partem australem Lusoniae insulae & Tendaiam insulam, ab urbe Manilha Lusoniae primaria sic dictum.]

[Fretum Mindora, Estrecho de Mindora Hispanis, fretum Oceani orientalis seu Indici, in insulis Philippinis, inter partem occidentalem Lusoniae insulae & Mindoram insulam & urbem.]

[Fretum Mosandani, Destroit de Mosandan, fretum ad fauces sinus Persici, contra Armusiam urbem & insulam, sic dictum à promontorio cognomine ei adjacente, in littore Arabiae; estque satis angustum.]

[Fretum Picticum, Pictland, seu Pentland Firth, fretum inter Scotiam septentrionalem & Orcades insulas. Navigantibus est formidabile & periculosum, neque nisi statis temporibus, positis quanquam ventis, trajectui opportunum.]

[Fretum Piecum, Canal de Piecko, fretum Asiae, in Oceano Eoo, inter insulam terram Statuum dictam & partem terra Esonis, ab Hollandis detectum hisce ultimis temporibus.]

Fretum Ponticum: idem quod Bosporus Cimmerius.

[Fretum Sangaarium, Destroit de Sangaar, fretum supra partem Borealem Iaponiae, versus terram Esonis, recens detectum. Dicitur Zungar à quibusdam ab oppido adjacente, in Iaponia.]

[Fretum Siculum, il Faro di Messina, Siciliam à Calabria ulteriori dirimens. Vide fretum Mamertinum.]

[Fretum Sunda, Straet van Sunda Batavis, Destroit de la Sonde Gallis, fretum est maris Indici, prope Bantamum, Iavam insulam à Sumatra separans.]

[Fretum Sundicum, le Sund Gallis, de Sund seu Oresund Danis, angustia maris Baltici, in Dania, inter Scaniam provinciam Sueciae ad ortum & Zelandiam insulam Dania ad occasum, ubi Regi Daniae vectigal solvitur in singulos malos.]

[Fretum Taphros, le bouche di Bonifacio Italis, les bouches de Bonifacio Gallis, fretum inter Corsicam & Sardiniam, prope Bonifacium oppidum Corsicae. Dicitur etiam à Sardis & à Nautis illius tractus le boche di Beixonnaire. Vide Taphros.]

[Fretum Vegatium, Destroit de Weigats, quod etiam Destroit de Nassau dicitur ab Hollandis, est inter Novam Zemlam ad Boream & partem septentrionalem Moscoviae & provinciam Obdoram ad austrum, inter fluvios Petzoram & Obyum, & per illud diu quaesitus fuit transitus in Sinas & in Iaponiam.]

[Fretum Vria, Destroit d'Vries, fretum est Asiae, in Oceano orientali, inter terram Esonis ad ortum & terram Statuum ad occ. recens detectum à Batavis.]

[*Friberga*, *Friberg*, urbs *Germania*, in *Franconia* & in tractu *Veteravia*, olim *Imperialis*, nunc sub dominio *Electoris Moguntini*. Deficit in dies; distatque 4. leucis à *Francofurto* in *Boream Gieffam* versùs.]

Scrip.
Germ.

Friburgum, *Freiburg*, urbs gemina: una in *Helvetiis*, *Bernæ* finitima, paulò supra 2. leucis in occasum distans, à *Salodoro* in occasum, unus ex 13. *Helveticis* conventibus: altera in *Germania magna*, in *Brisgoia* regione, academia, & sedes *Episcopi Basiliensis*, à *Basilia* 7. leuc. in ortum distans, à *Rotovilla* 5. in *Bor.* Alia item non obscura in *Misnia*, *Annabergæ* finitima, ut in libro 7. *Itinerarij*:

Accipior laeta *Friburgæ*; & luce sequenti
Occidua montem venimus, *Anna*, tuum.

[*Friburgum*, *Friberg*, urbs est *Helvetiorum*, ad *Sanam* fluvium. 4. leucis distat à *Saloduro* in austrum, & totidem à *Lausana* in *Boream*; estque conventus *Catholicus*.]

[*Friburgum alterum*, *Friberg* cognomento en *Brisgauu*, urbs est *Brisgavia* primaria, in colle, 3. leucis à *Brisaco* in ortum distans, 8. ab *Argentina* in austrum, 7. à *Basilea* in *Boream*, & totidem à *Rotuila* in occasum, sub dominio *Austriacorum*; ibique residet *Capitulum Basileense*, sed non *Episcopus*. In *Misnia* autem nullum est *Friburgum*, sed tantum *Fridberga*.]

[*Fricentum*, *Fricento*, urbs parva *Italia*, in regno *Neapolitano* & *Principatu* ulteriori, prope *Tripaltum* fluvium, episcopalis sub *Archiepiscopo Beneventano*, ad radices *Apennini*, & media ferè inter *Beneventum* & *Compsam*. Vide *Frequentum*.]

[*Fridberga*, *Fridberg*, oppidum *Germania*, in *Saxonia superiori* & in *Misnia* provincia, ad *Multam* amnem, versùs montes *Bohemie*, 4. leucis à *Misna* urbe in austrum. Frustra obsessum fuit à *Suecis* ultimo bello *Germanico*. Ibi sunt *Mausolæa Ducum Electorum Saxonia*.]

[*Friderica*, *Fridericks*, & *Fridericka*, urbs munita *Americæ meridionalis*, in *Brasilia* regione, in ora *Gubernij Paraibæ*, vulgò *Capitania de Paraibæ*, versùs ostia fluvij *Paraibæ*, antea ab *Hollandis* exstructa, & postea expugnata à *Lusitanis*, quibus etiamnum subest cum toto tractu.]

[*Fridericoburgum*, *Friderichsbourg*, castrum & palatium *Regum Dania*, in *Zeelandia* insula. Vix 3. leucis *Danicis* distat à *Coronaburgo* in occasum, & 5. ab *Hafnia* in *Circium*, colloquio inter *Reges Suecicæ* & *Daniæ* celebre hisce ultimis temporibus. *Arx* olim *Ebelholt* nomen gessit, monasteriumque *S. Spiritus* fuit, cuius *Ioannes Parisiensis* anno 1201. mortuus, & in *Sanctorum* numerum relatus, *Abbas* fuisse perhibetur. *Fridericus II.* *Rex Daniæ* arcem exstruxit, quam *Christianus IV.* ejus filius statuis, pieturis, similibusque artis operibus exornavit.]

[*Fridericoburgum*, *Friderichsbourg*, oppidulum tenue, cum arce munita *Danorum* recens exstructa, in *Guinea* regione, & in ora *Aurea*, prope arcem *Capitiis Corsi*. In colle sedet.]

[*Fridericostadium*, *Friderickstadt*, urbs nova regni *Norvegiæ*, in ora sinus *Codani*, in *Præfectura Anslogana*, & 30. leucis *Germanicis* ab *Ansloga* in austrum, sub dominio *Regis Daniæ*.]

Ant.
Cland.

Frigidus, *Vipao*, fluvius *Iapodum*, in *Carniola* regione, cum oppido cognomine, inter *Aquileiam* 36. & *Æmoniam* in *Boream* & *Cæciam* 40. mill. pass. ubi *Theodosius Imperator Eugenium* tyrannum vicit. *Frigidus* alter, fluvius *Thuscicæ* in agro *Aretino*, *Freddo* vulgò, à *Tibullo* memoratus libro 4. eleg. 8.

Atque *Aretino* *Frigidus* amnis agro.

[*Friniana*, *Friagnana*, regiuncula *Italia*, in *Du-*

catu *Mutinensi*, ad radices *Apennini montis*, ubi *Sestola* oppidum præcipuum.]

[*Frisia*, la *Frise*, duplex est, una orientalis, *Germania Comitatus insignis*, qui & *Embdanus* à primaria urbe *Embda* dictus, alia occidentalis, *Belgij confederati* provincia, qua & *Frisia* propriè dicitur.]

Frisiabones, populi *Germaniæ*, inter *Helium* & *Flevum* ostia *Rheni*: quos *Vvaterlandt* partem *Hollandiæ* *Borealem* *Frisiis* conterminam incolere *Ortelius* non audet affirmare.

[*Frisiabones* populos fuisse in *Hollandia Cluverius* negat, creditque esse ipsos *Frisios*. Solus enim *Plinius* de his locutus est, & forsitan errore *Scriptoris*.]

Frisij, populi *Germaniæ*, ad *Oceanum*, inter ostia *Rheni* & *Vifurgis* fluviorum, incolentes; quorum alij majores, alij minores appellantur. Illorum regio *Oostfriesen*, id est, *Frisia orientalis*, horum *Vestfriesen*, id est, *Frisia occidentalis*, dicitur. *Frisiones* *Sigeberto* & aliis posterioribus dicuntur.

[*Frisia occidentalis*, seu *Frisia propria*, vulgò la *Frise occidentale* *Gallis*, provincia est *Belgij confederati*. A septentrione habet mare *Germanicum*, ab occidente separatur ab *Hollandia mari Austrino*, ab oriente habet dominium *Groningense*, quo separatur à *Frisia orientali*, & à meridie ei adjacet *Drentia* regiuncula, *Transsalania* pars. Ejus primaria est *Leovardia*. Notandum est *Groningam* & *Damum* non esse in *Frisia propria*, sed in domnio seu provincia *Groningensi*.]

[*Frisia orientalis*, l'Ost *Frise*, seu la *Frise orientale*, seu etiam le *Comté d'Emden*, provincia est *Germania*, in *Vestphalia*, sub dominio proprij *Principis*. Habet à septentrione *Oceanum Germanicum*, ab oriente *Comitatum Oldenburgensem*, à meridie *episcopatum Monasteriensem*, & ab occidente separatur à dominio *Groningensi* *Dullartio* sinu. Sedes *Principis* est *Auricum*, *Aurik*, cum *Embda* regionis primaria sit in dominio *Hollandorum*. Sed notabis *Iaveriam*, *Oldenburgum*, *Rhydam*, & *Ovelgunam* non esse amplius sub dominio *Principis Frisiæ orientalis*, & *Essenas*, *Ochtam*, & *Vitemundam* esse tantum oppidula.]

Urbes *Frisiæ orientalis*:

Auricum, *Aurick*,
Embda, *Emden*, emporium & caput regionis.
Esenæ, *Essens*.
Ieveria, *Iever*.
Norda, *Norden*.
Octha, *Oecht*.
Oldenburgum, *Oldenburg*, *Comitatus*.
Ovelguna, *Ovvelgun*.
Rhyda, *Rhyde*.
Stichusa, *Stichusen*.
Vitemunda, *Vvitemundt*.

Urbes *Frisiæ occidentalis*:

Bolsuardum, *Bolswardt*.
Damum, *Dam*.
Docum, *Dockum*.
Francheria, *Franeker*.
* *Groninga*, *Groeningen*, episcopalis sub *Archiepiscopo Trajectino*, primaria.
Harlinga, *Harlingen*.
* *Leovardum* seu *Levardia*, *Leenvvarden*, episcopalis sub *Archiepiscopo Trajectino*, conventus juridicus.
Stauria, *Staveren*.
Præter has, *Hendilopia*, *Illstum*, *Sneca*, *Slota* & *Vorcum* oppidula.

[*Frisia occidentalis*, *West Frise*, dicitur etiam per sepe *Hollandia septentrionalis* ab ipsis *Batavis*, ut liquet ex *Guicciardino*, *Hondio*, & aliis. Ejus

urbes sunt *Hornia* regionis caput, *Alcmaria*, *Edamum*, *Enchusa*, *Medemblicum*, *Monachodamum*, & *Purmerenda*; estque inter Oceanum Germanicum ad occasum & mare Austrinum ad ortum.]

Frisinga, *Freising*, urbs *Vindeliciæ*, in *Bavaria*, episcopalis sub Archiepiscopo *Salisburgensi*, inter *Monachium* 8. & *Landshutam* in *Cæciam* 6. leucis, ab *Augusta Vindelicorum* paulò supra 8. in ortum, ad *Mofacum* fluvium non longè in *Hisaram* labentem. Vide *Fruxinum*.

[*Frisinga*, *Freisingen*, urbs est *Bavariæ superioris*, 4. leucis à *Monachio* in *Boream*, & totidem à *Landshuto* in *Africum*, sub dominio proprij *Episcopi*.]

[*Frislandiam*, *Frisland*, insulam esse per amplam *Oceani septentrionalis*, versùs *Groenlandiam*, quidam scripsere; sed quæ sit, à quibus detecta, & quo anno, cui subiaceat, & quas habeat urbes, neque constat inter ipsos qui de illa scripsere; ita ut cum de ea nulla sit mentio inter recentes, nec quidquam dicant *nauta Angli*, *Batavi*, *Dani*, & *Galli*, melius est dicere nullam esse insulam *Frislandiam* dictam.]

[*Frislaria*, *Fritzlar*, urbs *Germaniæ*, in *Hassia* regione, ad *Ederam* fluvium, in ditioe tamen *Electoris Moguntini*, 4. miliaribus à *Cassellain* austrum *Marpurgum* versùs, à qua 8. leucis distat, & 4. à *Zigenhemo* in septentrionem.]

Frons Africa, *Capo de bona speranza*, incolis *Zaquebar*, teste *Marmolio*. Verùm cum à *Plinio* & *Mela* post *Cornu Hesperium* in ora occidentali maris *Atlantici* describitur, ab alijs *Capo verde*, incolis *Tagazza*, esse putatur. *Priori* tamen sententiæ subscribo, quod caput bonæ spei revera *Frons* est *Africa*, cum sit promontorium illius australissimum.

[*Frons Africa* omnibus est *Caput bonæ spei*, *Cap de bonne esperance*, in *Casreria* regione, non autem in *Zaquebaria*, quæ magis ad ortum extenditur.]

Frons Asia, ora *Asia* orientalis, quæ *Oceano* *Eoo* alluitur.

Frons Gallia, quæ *Oceano* ad occasum exposita est.

Frons Germania, ea pars quæ *Danubio* adjacet.

Frons Hispania, quæ *Oceano* occiduo objecta est.

Frons Italia, ea pars *Italia*, quæ inter duo promontoria, *Leucopetram* & *Lacinium*, in mare porrigitur.

[*Frontinianum*, *Frontignan*, urbecula *Gallie*, in *Occitania* provincia, ad lacum *Lattaram*, inter *Agatam* & *Montem Pessulanum*, cuius vina laudantur, aliàs *Forum Domitij* dicta, ut quibusdam placet.]

Frusino, *Frusinum* *Straboni*, *Ptolemæo*, & alijs, *Fraselone*, urbs *Latij* olim episcopalis, nunc oppidum in *Hernicis*, in colle, post *Ferentinum* 6. mill. pass. ab urbe *Roma* *Casinum* proficiscentibus occurrens, apud *Cosam* fluvium, *Verulo* propinqua, *Frusinona* colonia à *Frontino* dicta. Meminit illius *Silius* libr. 8.

Suessa, atque à duro *Frusino* haud imbellis aratro. Patria fuit *Ormidæ* & *Silverij* *Summorum Pontificum*. *Phrusino*, uti apud *Græcos*, legitur apud *Plaut.* in *Captiv.*

[*Frusino* *Frusilone* dicitur; estque oppidum parvum in *Campania Romana*, inter *Privernum* ad austrum & *Alatrium* ad *Boream*, 44. miliaribus à *Roma* distans, versùs confinia regni *Neapolitani*.]

Fruxinum, *Freysingen*, teste *Rhenano*, urbs *Vindeliciæ*, ad *Hisaram* fluvium, in *Bavaria*, inter *Augustam* ad occasum 8. & *Landshutam* ad ortum 6. ac inter *Monachium* ad austrum 8. & *Ratisponam* ad *Boream* 11. leucis, in colle, apud *Mofaci* fluvij cum

Hisara confluentiam.

[*Fruxinum*, seu *Frisinga*, *Freisingen*, urbs est parva *Bavariæ superioris*, sed culta, ad *Mofacum* fluvium. 9. leucis distat à *Ratisbona* in austrum, & 4. à *Monachio* in *Boream*. Vide *Frisinga*.]

[*Fucechius*, *Lago di Fucechio*, lacus parvus *Italia*, in *Hetruria* & in agro *Florentino*. A castro *Fucechio* nomen habet. 5. miliaribus distat à *Fano* *S. Miniari* in *Boream*, & 10. à lacu *Bientina* in ortum.]

Fucinus, *Lago di Celano*, & *Lago di Marso*, ac etiam di *Tagliacozzo*, lacus *Latij*, in finibus *Marforum*, ab oppidis circumstantibus nominatus. Hinc *Aqua Martia* *Romam* perducta. Ejus meminit *Virgilius* libro 7. *Æneidos*:

Te nemo Angitia, vitrea te Fucinus unda.

Fulcheria insula, *Ghiara d'Adda*, regiuncula *Cenomanorum*, inter *Abduam* & *Serium* fluvios, apud *Cremonam* urbem recentem, in *Laudensis*, *Bergomensis*, & *Cremonensis* agri confinio.

[*Fulcheria* insula, *Ghiera d'Adda*, regiuncula *Italia*, in *Ducatu Mediolanensi*, inter *Adduam* fluvium ad occasum, & confinia territorij *Bergomensis*, & *Serium* fluvium ad ortum, seu inter *Cassanum* & *Caravaggiu* oppida. Ibi *Veneti* insigni clade affecti fuere à *Ludovico XII.* *Francorum Rege*, juxta vicum *Agniadello* dictum. Vide *Addua Glarea*.]

Fulda, *Fuld*, urbs *Germaniæ*, cum fluvio cognomine, à quo urbs nomen habet, in *Franconiæ* *Hassia*que confinio, inter *Martisburgum* ad occasum 8. & *Coburgum* ad ortum 7. leuc. *Fagiæ* regionis caput, ac *Abbatia* celebris. Templum insigne habet cum aurea rota, ut in libro 5. *Itinerarij*:

Nos Fuldam ingredimur, mirati templa rotamque Auream, & Idæa resonantem sistræ Cybeles.

[*Fulda*, *Fuld* incolis, *Fulde* *Gallis*, urbs est lepida *Germaniæ*, in *Franconia*, & in *Buchovia* tractu. Hinc etiam aliquando *Buchovia* dicitur; estque sub dominio proprij *Abbatis*, qui *Imperij* est *Princeps*, & cui etiam subest tractus adjacens satis extensus, *Buchovia* dictus, *Stift Fuld*, inter *Franconiam*, cuius pars est, *Hassiam*, & *Thuringiam*: ubi aliquot oppidula & plurimi pagi. Urbs ipsa distat 12. miliaribus *Germanicis* à *Coburgo* in occasum, & 10. à *Cassella* in austrum. In ea inest *Abbatia* totius *Europa*, nedum *Germaniæ* præstantissima.]

[*Fulgeria*, seu *Fulgerium*, *Fougeres*, urbs *Gallie*, in *Britannia minori*, ad amnem *Coefnon*, aliàs *munita*, versùs confinia *Normanniæ*, 8. leucis distat ab *Abrincis* in meridiem, & totidem à *Dola*.]

Fulsinium, seu *Fulcinium*, ut alij legunt, oppidum *Curiatæ*, insulæ *Liburniæ* adjacentis. *Populi Fulcinates*, seu *Fulginates* apud *Plinium*, *Vveleka* dici videntur apud *Vegiam*, in ora australi.

Fullinium, *Fulcinium* *Appiano*, *Fulgina* *Silio*, *Foligno*, vel *Fuligno*, urbs *Vmbriæ* episcopalis, ad *Tiniam* fluvium intermeantem, inter *Perusiam* ad occasum 18. & *Spoletium* in *Eurum* 15. mill. pass. licet *Appianus Alexandrinus* illam à *Perusia* 160. stadiis distare scribit. *Populi Fulginates* *Plinio*. De ea *Silius* libro 8.

Inginum, patulosque jacens sine mœnibus arvo. *Fulgina*.

[*Fullinium*, seu & *Fulginium*, *Foligno*, urbs est parva *Vmbriæ*, sed culta, in valle, ad radices montis *Apennini*. 20. miliaribus distat à *Perusia* in ortum, & 10. ab *Assisio*; subestque dominio *Pontificis*.]

Funchala, urbs episcopalis sub Archiepiscopo *Vlyssiponenfi*, cum prius esset metropolis *Iunoniæ* insulæ, quæ *Madera* nominatur.

[*Funchala*, *Funchal*, urbs est episcopalis & caput

Mel.

Oros.

Mel.

Tac.

Plin.

Plin.

Liv.

Fest.

Scrip.

Bav.

Strab.

Plin.

et al.

Sigon.

P. Diac.

Scrip.

Germ.

Ptol.

Cat.

Madera insula Africa, in Oceano Atlantico, in parte orientali insulae, sub dominio Regis Portugallia. 140. leucis Hispanicis distat à Sacro promontorio in Africum, & 90. ab ora Africa in occasum.]

Plin.
Tac.

Fundanus Lacus, *Lago di Fondi*, in Latio, apud Fundos urbem Tarracinam versùs, ferè hoc tempore exsiccat; ubi quoque mons Fundanus, *Montagna di Fondi*.

[*Fundanus lacus satis imminutus ad quatuor miliaria extenditur versùs Fundos, & in mare Mediterraneum se exonerat prope confinia regni Neapolitani, ut ego pluries vidi dum illas partes lustrarem anno 1667. & persepe non minus ac Pomptina paludes aquis restagnantibus & palustribus omnino repletur, ut ex summo monte Anxuris, nunc S. Angelo, inspicienti liquidò apparet.*]

Cic.
Strab.
Mel.
& al.

Fundi, *Fondi*, colonia & urbs episcopalis Latij, in regni Neapolitani initio, primùm ex urbe Roma Neapolim proficiscentibus occurrens, post Tarracinam .o. mil. pass. media inter illam & Formias. Hinc Fundanus nomen gentis, & Fundana vina. Hanc memorat Silius libro 8.

Fundique, & regnata Lamo Cajeta, domusque. [Fungeni, populi Africa, in Æthiopia inferiori, versùs lacum Zaire. Sub sunt imperio magni Macoci, teste Isaaco Vossio.]

[*Fungia, Fungie, regnum Africa, in Nubia regione, quod aliter Buguia regnum dicitur, versùs Nilum fluvium, teste Vossio.*]

[*Furanium, S. Estienne de Furens, burgus Gallia amplissimus, in Lugdunensi Praefectura, & in Forensi tractu, ad Furanium amnem, ad radices collis, 2. leucis à Ligeri, & 10. à Lugduno in Africum distat. Illic eruitur maxima carbonis terrestris copia. Dicitur etiam Fanum S. Stephani.*]

Vet. inf.

Furconium, quasi Forum Conæ, & Avia Ptolemæo, *Forcone*, urbs Vestinorum olim episcopalis, excisa, ex cuius ruinis & Amiterni coaluit Aquila urbs, inde 8. mil. pass. distans.

scrip.
Belg.

Furnæ, *Vverne*, oppidum Belgij, in Flandria, apud oram littoralem inter Neoportum 2. & Bergas 4. leuc. ab Hypris urbe episcopali 6. in Boream.

[*Furna, Furnes Gallis, Vverne Belgis, urbs Flandriae parva, sed culta & munita, vix una leuca ab ora littorali maris Germanici, amplam habens jurisdictionem. Ter capta à Gallis, tandem ipsis remansit pace ad Aquisgranum confecta. 3. leucis distat à Dunquerca in ortum, Neoportum versùs 2. & inter ipsam & Dunquercam victi fuere Hispani à Gallis anno 1658.*]

Plin.

Fur, Phthut Ptolemæo, fluvius Mauritaniae Tingitanæ, cum Phut oppido in ora littorali, inter Solis montem & Mysocaram portum in Oceanum Atlanticum sese exonerans.

[*Fuxium, Foix, urbs Gallia, in Occitania, aliàs munita, ad amnem Lauriegue dictum, ad radices Pyrenaeorum montium. Ab ea regio adiacens dicta fuit Fuxiensis Comitatus, le Comté de Foix; hinc etiam domus Fuxiensis percelebris. In eo Comitatu sunt etiam Apamaea, Tarasco, & Mirapincum. Urbs ipsa Fuxium 6. leucis distat à confinio Gallia & à montibus Pyrenæis in Boream, vix 3. ab Apamaea, & 11. à Tolosa in austrum.*]

G.

[*Gaas mons videtur pars Tribus Ephraim, in tractu cognomine, in Palestina, cum Torrente Gaas dicto.*]

[*Gaba, urbs Palestina in Tribu Zabulon, penes Carmelum montem, & prope fines Ptolemaidis, quæ à Ptolemaide Casaream iter est. Gabala videtur Pto-*

lemæi, & Gamala & Gaba Iosephi, teste Sansone.]
[*Gabaa, urbs Tribus Iudæ. In Palestina describitur, inter Accaim & Thamna.*]

Gabala, *Gibel*, teste Guillelmo Tyrio cum aliis, *Plin. Preis* urbs Syriae cavæ maritima, inter Laodiceam ad Boream 18. & Balanæas ad austrum 24. mill. pass. archiepiscopalis sub Antiocheno Patriarcha.

Gabales, Gabali Cæsari, populi & urbs Gallia Aquitanicæ, Velaunis & Arvernus finitimi; quorum regio *Gevodan*, teste Poldo, vel *Givaudan*, & urbs Mimatum *Mande* dicitur, episcopalis sub Archiepiscopo Bituricensi, inter Velaunos ad ortum & Ruthenos ad occasum 5. leucis. *Gaballi Ptolemæo, Gabales verò Sidonio Apollinari carm. 24.

Tum terram Gabalum satis nivofam.

[* in manuscripto Seldeni ΣΤΕΛΛΑΙ.]

[*Gabali populi fuere Gallia, in Aquitania, nunc in Occitania, ubi provincia le Givaudan dicta, intra montes Cemenios, inter Velaunos & Helvios ad ortum, Ruthenos ad occasum, & Alvernos ad Boream. Ibi primaria urbs Mimato seu Anderitum, vulgò Mende, ad Lotium amnem. 10. leucis distat à Fano S. Flori in austrum, 8. ab Anicio, & 13. à Rutena in ortum.*]

Gabalicus, pagus Gallia Narbonensis, in territorio Nemaufensi, *Bagnolx* vel *Baignols*, (non *Baulx*, ut apud Ortelium scribitur) inter Pontem S. Spiritus 4. & Nemaufum 10. leucis.

[*Gabalicus pagus in Occitania quid sit, non constat. Quibusdam est oppidulum Bagnols, ad amnem Ceze, una leuca à Rhodano fluvio. 2. à Ponte S. Spiritus in austrum, & 8. à Nemauso in Boream. Sunt tamen qui credant Gabalicum pagum esse tractum seu provinciam Givaudan dictam, in Occitania, ubi aliàs Gabali populi.*]

Gabalus, quæ & Gavalis posterioribus, quibus *Sidon.* etiam Gavalitana urbs & Mimatum, *Mande* urbs episcopalis Gallia Aquitanicæ, de qua supra. (vide Gabales) inter S. Forum & Ruthenum urbes 5. leuc. cujus meminit Venantius Fortunatus libro 8. *Privatum Gabalus, Iulianum Arvernus abundans.* Vbi Gabalus & Arvernus nomen gentis videntur.

Gabaon, *Gabaa* etiam nunc, & *Garaandavid*, *Bibl.* teste Beniamino Tudelensi, pagus Palaestinae, in Tribu Benjamin, inter Hierosolimam & Machmas ad Boream, Saulis quoque à Saule Rege dictus. Meminit illius Sedul. libro 1.

Sol stetit ad Gabaon, medique cacumine cæli.

[*Gabaon urbs fuit Palaestinae, in colle, in secunda parte Tribus Benjamin, aliàs ampla, & una ex civitatibus Regalibus.*]

Gabara oppidum fuit Palaestinae, in Galilæa, amplum, teste Iosepho, apud Tiberiadem. Vereor ne pro Gadara Gabara scriptum sit.

[*Gabarus, le Gave, fluvius Gallie, in Aquitania & in Benearnie Principatu. Duplex est, Gabarus Palensis, le Gave de Pau, oritur ex montibus Pyrenæis in Comitatu Bigerrensi; deinde per Benearnum labens, Palum & Ortesium rigat, & in Aturum se exonerat 4. leucis supra Baionam. Gabarus autem Oloronensis, le Gave d'Oleron, ortus etiam ex Pyrenæis, Oloronem & Navarresium rigat deinde in Gabarum Palensem cadit, & cum ipso in Aturum fluu.*]

Gabe, Gabala Ptolemæo, urbs Phœnicis, inter *Plin.* Byblum & Cæsaream Philippi, quæ *Margath* à Tyrio nominatur: sed hæc Marathus esse videtur. Vide Marathus.

[*Gabe, seu Gabala, urbs Syriae, in ora littorali maris Syriaci, prope montem Anticassium. 40. miliaribus ab Antiochia in Africum, & totidem ab Antarado in Boream distat, sed longè à Casarea Philippi, teste Petro à Via.*]

Gabellus,